GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [1] - -

PUBLIC DOMAIN


P. 37.

N-A 890

Leibn. Marg. 225

1. Rücks. des Blatts vor S. 1,
S. 84 u. 87
Unterstreichungen auf
mehreren Seiten


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [2] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [5] - -
PUBLIC DOMAIN

Leibn. Marg. 225

b. Rückseite des Blattes vor S. 1,
S. 84 u. 87

Unterstreichungen auf
mehreren Seiten.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

DE RESISTENTIA SOLIDORVM

ALEXANDRI MARCHETTI
IN ALMA PISANA ACADEMIA
Ordinariam Philosophiam publicè profitentis.



FLORENTIÆ, Typis Vincentij Vangelisti, & Petri Matini,
Typographi S.M.D. *Superiorum permissu.* MDCLXIX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [7] - -
PUBLIC DOMAIN

DE

RESISTENTIA

SOLIDORVM

ALEXANDRI MARCHETTI

IN ALMA PISANA ACADEMIA

Ordinarium Philosophiam publicè profitentis.

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard* - Euroskala Offset

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [8] - -

PUBLIC DOMAIN

SERENISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPI LEOPOLDO CARDINALI ABETRVRIA.

ALEXANDER MARCHETTVS P.F.

EN tandem, Sereniſs. Princeps Auguſtum Romanæ Purpuræ decus LEOPOLDE, poſt longam, quam à decennali ferè ſpatio maiori ex parte meditationem abſolui, has meas qualeſcumq; lucubrationes De Reſiſtentia Solidorum ſub auſpicatiſſimo Reuerendiſs. Celſitudinis tuæ nomine typis dare non erubeſco. Erubui ſane meæ conſcius tenuitatis, erubui nimis etiam fortaſſe diù; at verò cur deinceps erubeſcendum ea publici iuris facere, quæ tu talis, tantuſque

Princeps, non ſolum, vt ex proprio meo ore audires, me humillimum ſeruum tuum in ſecretiori parte Regij cubiculi admiſiſti, tuoq; alloquio ſapientiſſimo, omnino licet immerentem, dignum reddere voluiſti, verum etiam (dicam ne? Dicam equidem; recidit enim in Auguſtę Celſitudinis tuæ gloriam) mira prorſus, ac incredibili humanitate tuis laudibus honeſtati? Quare id in primis effeciſti, vt quæ certè in ſitu ſuo, ſquallo-req; iacuiſſent, grandiora quodammodo ſe ipſis facta, tuæq; Reuerendiſs. Celſitudinis tam prono iudicio commendata, lucem publicam affectent, manibuſq; eruditorum iam iam teri non reformident. Quę cum ita ſe ſe habeant, veteriq; conſuetudine ſit receptum, vt quis quis opus aliquod prælo ſubdit ſibi Principem Virum deligat, cui potiſſimum exibeat partim in obſequij erga illum ſui pignus, partim quia exindè ſperet ſuis vigilijs lucis aliquid acceſſurum, & cui potius Auguſte

ſte Princeps, quam Sereniſs. tuæ Celſitudini hi qualeſcunq; mei conatus dicandi erant, & cõſecrandi? Cui, tum ob ea, quę iam antea dicta ſunt, cum ob alia à te innumera beneficia liberaliſſimè in me collata, magis ipſi debebantur? Quis nihil pẽdens, nihil cogitans exigui muneris paupertatem, ſed gratiſſimi tantum animi enixè tibi maiora offerre cupientis infinitam prope dixerim, & obſequentiſſimam reuerentiam, pacato magis, tranquillo, ſerenoque maieſtatis vultu accepiſſet? Quis potentiori auctoritate, quis auguſtiori patrocinio famæ pluris, æterniq; nominis exiſtimationem cõciliaſſet, non apud eos modo, qui in magnis voluiſſe ſat exiſtimant; verum etiam apud illos, qui aliena omnia, hoc ſaltem nomine, ſpernunt, ac reſpuunt ſuis ipſi opibus ſatis diuites, & contenti? Quis ſublimiori, excelſioriq; intelligentia aduerſus liuorem defendiſſet, eorum ſcilicet, qui antiquiora tantum dogmata ſtupida quadam admiratione ſu-

ſuſpicientes indiſcriminatim ſubinde
mordent quid quid noui prodit in lucem?
Adde, quod cum mei hic ingenij fætus
nihil traxerit ex parente viuidi illius, ac
ignei ſpiritus, vegetiq;, & natiui roboris,
quo longeuam per ſe vitam, ac diuturnã
ſibi audeat polliceri, ſummoperèq; pro-
indè egeat, ac ardentiſſimè concupiſcat
ſe ſe in alterius recipi ſinù, vt exindè nu-
triatur, alatur, viuat, in quem alacrius,
Auguſte Princeps, in quem tutius, atq;
ſecurius, quam in tuæ Reuerendiſs. Cel-
ſitudinis, poterat ipſe conuolare cunctis
obuium, cunctis expoſitum indigentibus?
Cuius calore foueri magis, cuius lacte ro-
buſtius vnquam innutriri? Lacte, ſine cu-
ius alimonia ſcientiæ omnes, ac diſcipli-
næ Ferreo hoc Seculo cõtabeſcerent, ca-
lore, qui ex centro veluti emanans totius
Orbis litterarij, Roſei Solis iã ignis inſtar,
non caleſacit modo; verum etiam ſingu-
los ornat, atq; illuſtrat liberalium artium
profeſſores, ſemperq; viuidos ſuper ipſos
be-

beneficentiſſimorum influxuum radios latè ſpargit, atq; diffundit. Accipe itàq; Sereniſs. Cardinalis, meum qualemcumque laborem hunc, accipe, hilaribuſque, & benignis ità oculis intueare, vt ego Auguſtiſſimæ tuæ Celſitudini deuoto, ſimplici, ſinceroq; animo exibeo. Quamuis humilem, quamuis obſcurum, quia meus eſt, extolle illum, atq; illuſtra, quia tuus eſt. Supple omnes defectus meos Sereniſs. Celſitudinis tuæ gratia, tandemque efficias, vt ipſe meritò tibi mecum perpetuò canat,

„ *Quoa spiro, & placeo, ſi placeo tuum eſt.*

Vale Principum optime, Purpuratorum ſapientiſſime, Reipublicæ litterariæ dulce præſidium, Italiæ ſplendor, totiuſque ſeculi decus, & ornamentum. Vale, tibique Deus Optimus Maximus, quos tuæ eximiæ, ſingulares, ac propè dixerim diuinæ promerentur animi dotes, largiatur in terris Neſtoreos annos, in Cœlis verò perennẽ gloriam, ac nunquam intermorituram fœlicitatem.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

CANDIDO, ET AMICO LECTORI.

MIraberis, candide Lector, cur, secus ac tibi meo nomine sunt polliciti duo clarissimi Viri, mihiq; maxima familiaritate coniuncti, DONATVS scilicet ROSSETTVS LIBVRNENSIS in illis Dialogis, quos miro ingenij verè ignei acumine vernaculo edidit idiomate, & PETRVS ADRIANVS VANDENBROEKE FLANDROBELGA ad calcem eius Poematij, quod in meum DE COMETIS SYNTAGMA cultissimo stylo scripsit, atq; vulgauit, meis hisce lucubratiunculis titulum non apposuerim GALILEVS AMPLIATVS; sed, nulla facta GALILEI mentione, eas inscripserim DE RESISTENTIA SOLIDORVM. Miraberis inquam, & me fortè inconstantiæ argues, aut, quod nolim, inuidiæ potius insimulabis, præsertimq; cùm tibi in memoriam reuocabis Virum illum, ob excelsa, pręclara semper ab omnibus admiranda inuenta, nulli veterũ posthabendum, ante me, parcius licet, ac minus amplè, hęc ipsa momenta pertractasse; immò, vt infra dicturus sum, ipsi mihi ansam scribendi præbuisse. At mirari profectò desines, neq; id mihi vitio daturus es, si, tuo paulisper iudicio supersedens, huius mei instituti causam prius, rationemq; cognoueris, Quam, vt clarius, distinctiusq; ex me intelligas, ne gra-

graueris, amice Lector, si longiori, quam par est, fortasse epistola te morabor dum omnia prorsus, quæ ad hanc rem quoquo modo spectare possunt, fidelissimè tibi exponam, ac, reclamante licet Lirico Vate, ab Ouo, vt dicunt, historiam ordiar. Ita igitur se res habet.

Decem circiter ab hinc annis, cum secundum GALILEI Dialogum attētius lectitarem, incidi in illam propositionem, qua ostenditur *Solidum Parabolicum esse vbiq; æqualis resistentiæ*. Fateor me ad tam sublime inuentum penitus obstupuisse, præsertimque cum perlegerim ea, quæ mox addit SALVIATVS, fore scilicet, vt imposterum ligneis trabibus in Nauigijs alijsque Ædificijs moliendis vti possimus tertia molis, adeoq; pōderis parte imminutis nihil imminuta resistentia. At, re accuratius considerata, cæpi mecū subdubitare, an fortasse SALVIATVS illic veri specie fuerit deceptus, dum, ea quæ Solido Parabolico conuenire proprio pondere per intellectum denudato, parieti infixo, ex eoq; liberè ad pares angulos prominenti optime ostenderat GALILEVS, ipse sibi aptari posse persuasit eidem solido ponderoso, & vtrinq; fulto, quali in Nauigijs, &c. ædificandis vti certè necesse est. Facto itaq; periculo, oh quam verum illud agnoui! *quandoq; bonus dormitat Homerus;* ostendi enim prædictum solidum ponderosum siue vna, siue binis extremitatibus fulciatur, nunqnam tamen æqualis esse vbique resistentiæ, vt SALVIATVS, maximo licet ferè in omnibus vir ingenio, nimis tamen audacter iactitauerat. Hoc autem quatuor absolui propositionibus, quas subinde cum doctissimo, celeberrimo, eximiæq;, ac singularis sapientiæ Viro, meoq; amātissimo Præceptore IOANNE ALPHONSO BORELLIO Matheseos Pisis professore (Florentiæ ille tunc degebat, ego Pontormi) per litteras communicaui. Probat ipse conatus meos, cæptis annuit, rogatq; simul, vt, vlterius progrediendo, quid meæ vires circa eiusmodi argumentum valeant ex-

pe-

periar. Pareo ego, vt æquum erat, tanto Magistro, suppositisq; tanquam ratis cæteris omnibus GALILEI propositionibus, illis ferè alias ducentas superaddo, idq; intra vnius anni curriculum, quarum omnium demonstrationes ex eiusdem GALILEI fontibus haurio. Hinc titulus meo operi GALILEVS AMPLIATVS, hinc cultissimus,& verè Aureum hoc nostro Euo Romanarũ Musarum decus VANDENBROEKE *tum quoque, quod GALILEI sempiterna laude dignissimi viri tractatũ nunquã satis laudatũ DE RESISTENTIA CORPORVM SOLIDORVM extendendũ magis, ac ampliandũ suscepit,&c.* Hinc ingeniosissimus ROSSETTVS *auendomi il Sig. Dottore Alessandro Marchetti fatto grazia di mostrarmi vna sua Opera di Resistenze, è cagione, che ad altre io non possa pensare; poiche subito, ch'io penso a qualche Resistenza, mi vengono in mente quelle mirabili proposizioni, che vuole questo Dottore intitolare IL GALILEO AMPLIATO, &c.* Statuo itaque hunc qualemcumque libellum meum sub dicto titulo euulgare; sed multa illius editionem remorantur impedimenta. Aduersa per biennium integrum valetudo, TITI LVCRETII CARI Aurei Poematis DE RERVM NATVRA soluto carmine ex Romano idiomate in Florentinam linguam per quadriennium interpetratio, publicæ in Pisana Academia Philosophiæ, priuatæ huius, ac Matheseos Domi prælectiones, rerum domesticarũ totum, idq; non leue profecto onus meis humeris impositum dum Philippus frater meus cum Illustris. primum, egregiæq; indolis iuuene Marchioni FRANCISCO RICCARDIO Illustris., Amplissimiq; viri Marchionis GABRIELIS ex fratre nepote; deinde verò cum Sereniss., & Augustiss. Etruriæ Principe COSMO TERTIO totam bis ferè Europam perlustrat, alia præterea non minoris ponderis plura, quæ breuitatis gratia silentio inuoluo, tum præcipuè conscientia meæ imbecillitatis, ac metus in publicam lucem prodeundi. Rem interim altius

mihi

mihi profundiusq; meditanti, propositio illa succurrit *Momenta Grauium proportionem habent cõpositam ex proportionibus ponderum, & longitudinum*. Eam cõmunico cum eruditissimo, acerrimiq;, ac iam senilis iudicij Iuuene LAVRENTIO BELLINIO discipulo,& cõdiscipulo olim meo in Philosophicis,ac Mathematicis disciplinis (is me sẽper ingenua quadã, vt bonos decet, simplici, & nullo fuco inquinata beneuolentia prosecutus est) nunc verò in Pisana Academia Anatomes Ordinario, ac meritissimo Professore, dumq; egomet ipse tacitè eius molior demonstrationem illi pariter demonstrandam propono. Suscipit ipse hilari vultu, fauet vtriq; nostrum Fortuna, ostendimus ambo; diuersa tamen ratiocinatione, quam deinde nobis inuicem exibemus. Iacto hoc itaq; fundamento, quo nullum aliud fortasse firmius in Mechanicis reperias vnquam, iam non amplius alienæ machinæ ad hanc molem attollendam mihi sunt opus; video enim, quasi per nebulam, mea simul, & GALILEI, aliaque multa hoc principio longè breuius, atq; facilius, ne dicam tutius, ostendi posse. Rem aggredior alacri animo, laudat BELLINIVS, atque adhortatur, illa ex voto prorsus succedit. Hinc haud immerito ex hoc libello expũctus titulus GALILEVS AMPLIATVS, eiusq; vice iure substitutus DE RESISTENTIA SOLIDORVM.

Hæc habui, candide Lector, quibus, ob causas iam supra allatas, te præmonitum esse volui quãtum ad Operis inscriptionem. De cætero altum silentium, ne tua nimis abuti videar humanitate; ipse enim per te cognosces qui Authores facẽ prætulerint, quo sim vsus scribendi genere, qua via, ac methodo processerim, aliaq; his consimilia, quæ recensere non est necesse. Vnum tantum dixisse liceat, me ex innumeris prope modum, quæ circa SOLIDORVM CORPORVM RESISTENTIAM meis principijs ostendi queunt, pauca hæc tantum delibasse, quæ tamen si resciuero tibi semel placuisse, dabo operam diligenter, vt post eam, quam nunc meditor editionem TITI LVCRETII à me translati, longe pluribus frui possis. Vale.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [17] - -
PUBLIC DOMAIN



momentum resistentiæ solidi AC in basi AB est factum ex basi AB in
altitudinem AE ex prop. 2
Momentum ponderis solidi AC est ut factum ex solido AC in eius cen=
tri distantiam, AF. Ex prop. 1.
Resistentiam solidi vocabo appellare pondus i quod pondus
ipsi solido in eius extremitate ad D appensum, momentum est, et eius
momentum seu factum ex duabus ponderis i in distantiam AD, est
ut momentum resistentiæ solidi quemadmodum conicio ex prop. 3.
Unde semidiametri resistentiæ solidorum sunt ut factum ex basibus in radios
per longitudines solidorum divisis

Solidum ubique æqualis resistentiæ est, cum momenta pondorum sunt ubique proportionalia
momentis resistentiarum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [18] - -
PUBLIC DOMAIN

DE RESISTENTIA SOLIDORVM

ALEXANDRI MARCHETTI

LIBER PRIMVS.

DEFINITIONES.

I.

Minoris resistentiæ solidum hic appello, cuius ponderis momentum excedit momentum resistentiæ.

II.

Maioris autem è contra.

III.

Æqualis, cuius æqualia inter se momenta.

IV.

Maioris resistentiæ solidi maximum illud dicatur pondus, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi, momento resistentiæ eiusdem solidi æquale est.

V.


Vocabula Cilindrorum, Conorum, Prismatum, Pyramidum, vno verbo solidorũ cuiuscumq; speciei, si nihil aliud distinctionis gratia adijciatur, ea tantum solida significent, quorum bases figuræ similes, & similiter positæ, & quorum axes, vel longitudines aut sunt basibus perpendiculares, aut æque ad ipsas inclinantur.

PROP. I.

MOmenta Grauium proportionem habent compositam ex proportionibus ponderum, & longitudinum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [19] - 1
PUBLIC DOMAIN

Ex longitudinibus AB, & BC pendeant Grauia D, & E. Dico momentũ D ad momentum E in ratione esse composita ex rationibus ponderis D ad pondus E, & longitudinis AB ad longitudinem BC.




Concipiatur Graue F pendens ex A, cuius momentum sit æquale momento E; patet iam, vt Graue E ad Graue F, ita esse longitudinem AB ad longitudinem BC. Quoniam itaq; Graue D ad Graue F proportionem habet compositã ex rationibus D ad E, & E ad F, ergo Graue D ad F, momentum scilicet D ad F, hoc est E, in composita est proportione ex rationibus D ad E, & AB ad BC. Quod erat, &c.

PROP. II.

SOlidorum cuiuscumq; speciei momenta resistentiarum eam inter se habent rationem, quam Cubi ex homologis lateribus, vel ex diametris basium.

Sint duo solida ABCD, EFGH, quorum latera basium homologa, vel diametri AB, EF. Aio momentum resistentiæ solidi ABCD ad momentum resistentiæ solidi EFGH in eadem esse ratione, in qua Cubus ex AB ad Cubum ex EF.




Quoniam momentum resistentiæ solidi AC ad momẽtũ resistẽtiæ solidi EG proportionem habet compositam ex rationibus basis AB ad ba-

basim EF, & dimidij lateris, vel diametri AB ad dimidium latus, vel diametrum EF, hoc est totius lateris, vel diametri AB ad totum latus, vel diametrum EF; sunt autem, propter similitudinem, bases AB, EF in duplicata homologorum laterum, vel diametrorũ proportione, ergo momentum resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi EG triplicatam habet rationem lateris, vel diametri AB ad latus, vel diametrum EF, eamdem scilicet, quam Cubus ex AB ad Cubum ex EF. Quoderat, &c.

PROP. III.

SOlidorum cuiuscumq; speciei resistentiæ proportionem habent compositam ex rationibus Cubi ex latere, vel diametro basis vnius ad Cubum ex homologo latere, vel diametro basis alterius, & reciprocè longitudinis ad longitudinem.

Sint duo solida ABCD, EFGH, quorum latera basium homologa, vel diametri AB, EF; longitudines autem AD, & EH. Aio resistentiam solidi AC ad resistentiam solidi EG in ratione esse composita ex rationibus Cubi ex latere, vel diametro AB ad Cubum ex homologo latere, vel diametro EF, & longitudinis EH ad longitudinem AD.




Resistentiam solidi AC æquet I; resistentiam vero solidi EG æquet K, sitq;, vt Cubus ex AB ad Cubum ex EF, ita L ad M, rursusq; vt EH ad AD, ita M ad N. Quoniam momentum ponderis I ad momentum ponderis K, hoc est momentum resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi EG, proportionem habet compositam ex rationibus ponderis I ad pondus K, & longitudinis AD ad longitudinem EH, estq;, vt momentum resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi EG, ita Cubus ex AB ad Cubum

bum ex EF, hoc est L ad M, ergo proportio L ad M, composita scilicet ex proportionibus L ad N, & N ad M, componitur etiam ex proportionibus I ad K, & AD ad EH; est autem, inuertendo, vt AD ad EH, ita N ad M, ergo I ad K, hoc est resistentia solidi AC ad resistentiam solidi EG, est, vt L ad N, proportionem videlicet habet compositam ex rationibus Cubi ex latere, vel diametro AB ad Cubum ex homologo latere, vel diametro EF, & longitudinis EH ad longitudinem AD. Quod erat, &c.

PROP. IV.

SOlidorum cuiuscumque speciei æquales longitudines, & inæquales habentium bases resistentiæ sunt inter se, vt Cubi ex homologis lateribus, vel ex diametris basium.

Sint duo solida ABCD, EFGH, quorum æquales longitudines AD, & EH; bases vero inæquales, quarum diametri AB, & EF. Aio resistentiam solidi AC ad resistentiam solidi EG in eadem esse ratione, in qua Cubus ex AB ad Cubum ex EF.



Resistentiam solidi AC æquet I; resistentiam vero solidi EG æquet K. Quoniam, vt pondus I ad pondus K, hoc est, vt resistentia solidi AC ad resistentiam solidi EG, ita est momentum ponderis I ad momentum ponderis K, hoc est momentum resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi EG; est autem, vt momentum resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi EG, ita Cubus ex AB ad Cubum ex EF, ergo, vt resistentia solidi AC ad resistentiam solidi EG, ita Cubus ex AB ad Cubum ex EF. Quod erat, &c.

ALITER.


QVoniam resistentia solidi AC ad resistentiam solidi EG proportionem habet compositam ex rationibus Cubi ex AB ad Cu-

Cubum ex EF, & longitudinis EH ad longitudinem AD; habet autem, ex hypotheſi, EH ad AD proportionem æqualitatis, nihil ſcilicet in rationum compoſitione vel addentem, vel ſubtrahentem, ergo reſiſtentia ſolidi AC ad reſiſtentiam ſolidi EG eſt, vt Cubus ex AB ad Cubum ex EG. Quod erat, &c.

PROP. V.

SOlidorum cuiuſcumq; ſpeciei inæquales longitudines, & æquales habentium baſes reſiſtentiæ ſunt inter ſe in ratione reciproca longitudinum.

Sint duo ſolida ABCD, EFGH quorum baſes æquales AB, EF; longitudines autem inæquales AD, & EH. Aio reſiſtentiam ſolidi AC ad reſiſtentiam ſolidi EG in eadem eſſe ratione in qua eſt EH ad AD.



Reſiſtentiam ſolidi AC æquet I; reſiſtentiam vero ſolidi EG æquet K. Quoniam momentum ponderis I æquale eſt momento reſiſtentiæ ſolidi AC, hoc eſt momento reſiſtentiæ ſolidi EG, momento ſcilicet ponderis K, ergo, vt pondus I ad pondus K, reſiſtentia videlicet ſolidi AC ad reſiſtentiam ſolidi EG, ita eſt longitudo EH ad longitudinem AD. Quod erat, &c.

ALITER.


QVoniam reſiſtentia ſolidi AC ad reſiſtentiam ſolidi EG proportionem habet compoſitam ex rationibus Cubi ex AB ad Cubum ex EF, & EH ad AD; Cubus autem ex AB æqualis Cubo ex EF, ergo, vt reſiſtentia ſolidi AB ad reſiſtentiam ſolidi EG, ita eſt EH ad AD. Quod erat, &c.

PROP.

PROP. VI.

SOlidorum inter se similium resistentiæ sunt suis basibus proportionales.

Sint duo solida inter se similia ABCD, EFGH, quorum bases AB, EF. Aio resistentiam solidi AC ad resistentiam solidi EG in eadem esse ratione, in qua basis AB ad basim EF.



Resistētiā solidi AC æquet I; resistentiam vero solidi EG æquet K. Quoniam momentū ponderis I ad momentum ponderis K, hoc est momentum resistentiæ solidi AC ad momentum resistentię solidi EG, proportionem habet compositam ex proportionibus ponderis I ad pondus k, & longitudinis AD ad longitudinem EH, hoc est diametri basis AB ad diametrum basis EF, rursusque proportionem habet compositam ex proportionibus basis AB ad basim EF, & diametri basis AB ad diametrum basis EF, ergo, vt pondus I ad pondus k, hoc est, vt resistentia solidi AC ad resistentiam solidi EG, ita est basis AB ad basim EF. Quod erat, &c.

ALITER.

QVoniam resistentia solidi AC ad resistentiam solidi EG proportionem habet compositam ex proportionibus Cubi ex diametro basis AB ad Cubum ex diametro basis EF, & longitudinis EH ad longitudinem AD, hoc est diametri basis EF ad diametrum basis AB, ergo resistentia solidi AC ad resistentiam solidi EG est, vt Quadratum ex diametro basis AB ad Quadratum ex diametro basis EF, hoc est, vt basis AB ad basim EF. Quod erat, &c.

COROLL.

HInc patet solidorum inter se similium resistentias esse, vt Quadrata ex longitudinibus, vel eorum axibus.


PROP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [24] - 6
PUBLIC DOMAIN

PROP. VII.

SOlidi inęqualem habentis latitudini profunditatem resistentia per latitudinem ad resistentiam per profunditatem eam habet proportionem, quam latitudo ad profunditatem.


Esto solidum quodcumque ABCDEFGH, cuius axis IK, latitudo FA; profunditas autem AB. Aio resistentiam solidi ABCDEFGH per latitudinem ad resistētiam eiusdem per profunditatem in eadem esse ratione, in qua est latitudo FA ad profunditatem AB. Ex puncto I ducatur latitudini parallela IL; profunditati vero æquidistans IM. Deinde resistentiæ solidi AD per latitudinem æquetur NO; resistentiæ autem eiusdem per profunditatem æquetur N. Quoniam, vt momentum resistentiæ solidi AD per latitudinem ad momentum resistentiæ eiusdem per profunditatem, hoc est momentum ponderis NO ad momentum ponderis N, ita est LI ad IM; momentum autem ponderis NO ad momentum ponderis N in eadem est proportione in qua pondus NO ad pondus N, resistentia videlicet solidi AD per latitudinem ad resistentiam eiusdē per profunditatem, ergo, vt resistentia solidi AD per latitudinem ad resistentiam eiusdem per profunditatem, ita est LI ad IM, latitudo scilicet FA ad profunditatem AB. Quod erat, &c.



PROP. VIII.

MOmentum ponderis cuiuscumque solidi ad momentum ponderis sibi æqualis, & ex vertice, vel ex altera pendentis basi eam habet proportionem, quam portio axis à centro grauitatis abscissa ad partes basis ad integrum axim.

Esto solidũ quodcumque ABCD, cuius basis AB, axis EF; centrum vero grauitatis G. Ex vertice autem, vel basium altera pendeat H æquale ponderi ABCD. Aio momentum ponderis solidi AC ad momentum ponderis H in eadem esse ratione, in qua portio axis GE ad totum EF.




Quoniam ex inæqualibus longitudinibus GE, & EF pendent æqualia pondera AC, & H, ergo momentum ponderis AC ad momentum ponderis H eamdem habet proportionem, quam longitudo GE ad longitudinem EF. Quod erat, &c.

PROP. IX.

SOlidi cuiuscumque speciei momentum ponderis ad momentum suæ resistentiæ maiorem habet proportionem, quam momentum ponderis ex eo abscissi frusti ad momentum suæ.

Esto solidum ABC, cuius axis CD. Ex solido autem ABC abscindatur frustrum ABFE, cuius centrum grauitatis H. Aio momentum ponderis solidi ABC ad momentum resistentiæ solidi ABC in maiori esse ratione, quam momentum ponderis frusti ABFE ad momentum resistentiæ eiusdem frusti ABFE.




Portionis EFC sit centrum grauitatis I, ac, vt pondus ABC ad pondus AF, ita fiat HI ad IG; erit iam diuidendo, vt pondus EFC ad pondus AF, ita HG ad GI, proindeq; G solidi ABC centrum erit gra-

grauitatis. Et quoniam, vt pondus ABC ad pondus AF, ita est HI ad IG, estque ABC maius AF, ergo & HI maior IG, proindeq; GD maior HD. Ex longitudine ergo GD maiori, quam HD pendet graue ABC maius, quam AF, ergo momentum ponderis ABC maius est momento ponderis AF; ideoque ad commune momentum resistentiæ basis AB maiorem habet proportionem. Quod erat, &c.

PROP. X.

SOlidorum cuiuscumque speciei, quorum centra grauitatis diuidant axes proportionaliter, momenta ponderum proportionē habent compositam ex proportionibus solidi ad solidum, & longitudinis ad longitudinem, vel axis ad axim.

Sint duo solida cuiuscumque speciei ABCD, EFGH, quorum axes, seu longitudines LM, & IK; centra autem grauitatis O, & N, axes dispescant proportionaliter. Aio momentum ponderis solidi AC ad momentum pōderis solidi EG proportionem habere compositam ex proportionibus solidi AC ad solidum EG, & axis, vel longitudinis LM ad axim, vel longitudinem IK.



Quoniam solidum AC ad solidum EG est, vt pondus solidi AC ad pondus solidi EG; momentum vero ponderis solidi AC ad momentum ponderis solidi EG proportionem habet compositam ex rationibus ponderis AC ad pondus EG, & longitudinis OL ad longitudinem NI, hoc est LM ad IK, ergo momentum ponderis solidi AC ad momentum ponderis solidi EG proportionem habet compositam ex proportionibus solidi AC ad solidum EG, & axis, vel longitudinis LM ad axim, vel longitudinem IK. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc nullo prorsus negotio elicitur solidorum cuiuscumq; speciei æquales longitudines, & inæquales habentium bases, quorũ ratio composita ex proportionibus basium, & longitudinum; centra autem grauitatis axes dispescant proportionaliter, momenta ponderum esse inter se, vt ipsa solida, vel eorum bases.

COROLL. II.

COlligitur etiam solidorum cuiuscumq; speciei, &c. momenta ponderum, pondera, bases, & magnitudines esse inter se in subsesquialtera proportione resistentiarum.

Sunt enim momenta ponderum, vt ipsa solida, vel eorum bases, resistentiæ verò, vt Cubi ex diametris basium.

COROLL. III.

PAlam est rursus solidorum cuiuscumq; speciei inæquales longitudines, & æquales habentium bases, &c. momenta ponderum esse inter se, vt Quadrata ex longitudinibus, vel eorum axibus.

COROLL. IV.

MAnifestum quoque est solidorum cuiuscumq; speciei, &c. maioris maiorem esse rationem momenti sui ponderis ad momentum suæ resistentiæ, & contra.

Sunt enim momenta ponderum, vt Quadrata ex longitudinibus, momenta verò resistentiarum, vt Cubi ex diametris basium.

COROLL. V.


DEmùm liquet solidorum cuiuscumque speciei, &c. vnum tantummodo æqualis esse resistentiæ, eo minores omnes maioris, & contrà.

PROP. XI.

SOlidorum inter se similium momenta ponderum in duplicata sunt proportione resistentiarum.

Sint

Sint duo ſolida inter ſe ſimilia ABCD, EFGH. Aio momentum ponderis ſolidi ABCD ad momentũ ponderis ſolidi EFGH in duplicata eſſe ratione reſiſtentiæ ſolidi ABCD ad reſiſtẽtiam ſolidi EFGH.



Quoniam momentũ ponderis ſolidi ABCD ad momentũ ponderis ſolidi EFGH proportionem habet compoſitam ex proportionibus ſolidi ABCD ad ſolidum EFGH, hoc eſt Cubi ex longitudine AD ad Cubum ex longitudine EH, & longitudinis AD ad longitudinem EH; ergo momentum ponderis ſolidi ABCD ad momentum ponderis ſolidi EFGH eſt in quadrupla proportione longitudinis AD ad longitudinem EH, hoc eſt diametri AB ad diametrum EF, in dupla ſcilicet baſis AB ad baſim EF, vel reſiſtentiæ ſolidi AC ad reſiſtentiam ſolidi EG. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc patet momenta ponderum ſolidorum inter ſe ſimilium in quadrupla eſſe ratione axis ad axim.

COROLL. II.

PRæterea conſtat ſolidorum inter ſe ſimilium momenta ponderũ in ſeſquitertia eſſe ratione momentorum reſiſtentiarum.

COROLL. III.

ITerum liquet ſolidorum inter ſe ſimilium maioris maiorem eſſe rationẽ momenti ſui ponderis ad momentum ſuæ reſiſtentiæ, & contra.


COROLL. IV.

PAlam eſt deniq; ſolidorum inter ſe ſimilium vnum tantummodo æqualis eſſe reſiſtentiæ, eo maiores omnes minoris, & contra.

PROP. XII.

SOlidorum cuiuſcumque ſpeciei, qnorum centra grau. axes diſpeſcant proportionaliter, ponderibuſq; illis proportionalium, quorum momenta, ſimul cum momentis ponderum eorumdem ſolidorum, eamdem inter ſe habeant rationem, quam momenta reſiſtentiarum, momenta ponderum ſunt momentis reſiſtentiarum proportionalia.

Sint duo ſolida, &c. ABCD, EFGH, binaque pondera I, & K, ſitq; vt momentum ponderis I, ſimul cum momento ponderis AC, ad momentum ponderis K, vnà cum momento ponderis EG, ita momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentũ reſiſtentiæ ſolidi EG, rurſuſque, vt pondus I ad pondus K, ità ſolidum AC ad ſolidum EG. Aio, vt momentum ponderis AC ad momentum ponderis EG, ità eſſe momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG.



Quoniam ratio momenti ponderis I ad momentum ponderis K componitur ex rationibus ponderis I ad pondus K, hoc eſt ſolidi AC ad ſolidum EG, & longitudinis AD ad longitudinem EH, ex ijſdem ſcilicet, ex quibus ratio momenti ponderis AC ad momentum ponderis EG, ergo, vt momentum ponderis I ad momentum ponderis K, ità momentum ponderis AC ad momentum ponderis EG, ac idcircò, vt momentum ponderis I, vna cum momento ponderis AC, ad momentum ponderis K, ſimul cum momento ponderis EG, ità momentum ponderis AC ad momentum ponderis EG, hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG. Quod erat, &c.

CO-


COROLL.

HInc patet ſolidorum, &c. ſuis maximis ponderibus proportionalium momenta ponderum eſſe inter ſe, vt momenta reſiſtentiarum.

PROP. XIII.

CViuſcumque ſpeciei ſolida, quorum centra grauit. axes diſpeſcant proportionaliter, momentaq; reſiſtentiarum ſint inter ſe, vt momenta ponderum, proportionalia ſunt illis ponderibus, quorum momenta, ſimul cum momentis ponderum eorumdem ſolidorum, eamdem inter ſe habent rationem, quam momenta reſiſtentiarum.

Sint duo ſolida, &c. ABCD, EFGH, binaq; pondera I, & K, ſitq; vt momentũ ponderis I, vnà cum momento ponderis ABCD, ad momentum ponderis K, ſimul cum momento ponderis EFGH, ità momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG. Aio, vt pondus I ad pondus k, ita eſſe ſolidum AC ad ſolidum EG.



Quoniam, vt momentum ponderis I, vnà cum momento ponderis AC, ad momentum ponderis k, ſimul cum momento ponderis EG, ità eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momeutum reſiſtentiæ ſolidi EG, momentum ſcilicet ponderis AC ad momentũ ponderis EG, ergò, vt momentum ponderis I ad momentum ponderis k, ità momentum ponderis AC ad momentum ponderis EG. Rurſus quoniam momentum ponderis I ad momentum ponderis K proportionem habet compoſitam ex rationibus ponderis I ad pondus K, & longitudinis AD ad longitudinem EH; momentum verò ponderis AC ad momentum ponderis EG in compoſita ratione eſt ex proportionibus ſolidi AC ad ſoli-

lidum EG, & eiusdem longitudinis AD ad longitudinem EH, ergò, vt pondus I ad pondus K, ità solidum AC ad solidum EG. Quod erat, &c.


COROLL.

HInc patet maioris resistentiæ solida, &c, esse maximis suis ponderibus proportionalia.

PROP. XIV.

SI duo solida, quorum centra grau. axes dispescant proportionaliter, momentaq; resistentiarum sint inter se, vt momenta ponderum proportionalia fuerint binis ponderibus, horum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habebunt rationem, quam momenta resistentiarum.

Sint duo solida, &c. ABCD, EFGH, binaque pondera I, & k, sitque, vt pondus I ad pondus K, ità solidum AC ad solidum EG. Aio, vt momentum ponderis I, vna cum momẽto ponderis AC, ad momentum ponderis k, simul cum momento ponderis EG, ità esse momentum resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi EG.



Quoniam ratio momenti ponderis I ad momentum ponderis K componitur ex rationibus ponderis I ad pondus K, hoc est solidi AC ad solidum EG, & longitudinis AD ad longitudinem EH, ex ijsdem scilicet, ex quibus ratio momenti ponderis AC ad momentum ponderis EG, ergò, vt momentũm ponderis I ad momentum ponderis k, ita momentum ponderis AC, ad momentum ponderis EG, ac idcircò, vt momentum ponderis I, simul cum momento ponderis AC, ad momentum ponderis K, vnà cum momento ponderis EG, ità momentum ponderis AC ad momentum ponderis EG, hoc est momentum resistentiæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [32] - 14
PUBLIC DOMAIN

tiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentię ſolidi EG. Quod erat, &c.


COROLL.

HInc palam eſt, ſi duo maioris reſiſtentiæ ſolida, &c. proportionalia fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum ſit, alterum quoquè alterius maximum eſſe.

PROP. XV.

SOlidorum cuiuſcumq; ſpeciei, quorum ratio compoſita ex proportionibus baſium, & longitudinum, à centris grau: axes diuiſi proportionaliter, lateraq; homologa baſium, vel diametri, vt Quadrata ex longitudinibus, momenta ponderum ſunt momentis reſiſtentiarum proportionalia.

Solidorum, &c. ABCD, EFGH, ſit, vt Quadratum ex longitudine AD ad Quadratum ex lõgitudine EH, ità diameter baſis AB ad diametrum baſis EF. Aio momentum ponderis ſolidi AC ad momentum ponderis ſolidi EG eſſe, vt momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG.



Vt baſis AB ad baſim EF, ità fiat I ad k, rurſuſq;, vt Quadratum ex longitudine AD ad Quadratum ex longitudine EH, ita fiat k ad L. Quoniam momentum ponderis ſolidi AC ad momentum ponderis ſolidi EG proportionem habet compoſitam ex proportionibus ſolidi AC ad ſolidum EG, & longitudinis AD ad longitudinem EH, eſtq; ſolidum AC ad ſolidum EG in ratione compoſita ex rationibus baſis AB ad baſim EF, & longitudinis AD ad longitudinem EH, ergò momentum ponderis ſolidi AC ad momentum ponderis ſolidi EG proportionem habet compoſitam ex proportionibus baſis AB ad baſim EF, & Quadrati ex longitudine AD ad Quadratum ex longitudine EH, hoc eſt ex rationibus I ad k, & k ad L. Rurſus quoniam momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad

mo-

momentum reſiſtentiæ ſolidi EG proportionem habet compoſitam ex proportionibus baſis AB ad baſim EF, hoc eſt I ad k, & diametri baſis AB ad diametrum baſis EF, Quadrati ſcilicet ex longitudine E H ad Quadratum ex longitudine AD, hoc eſt k ad L, ergò tam momentum ponderis ſolidi AC ad momentum ponderis ſolidi EG, quàm momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG, eſt vt I ad L, proindeq;, vt momentum ponderis ſolidi AC ad momentum ponderis ſolidi EG, ità momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc nullo ferè negotio elicitur cuiuſcumque ſpeciei ſolida, &c. proportionalia eſſe illis ponderibus, quorum momenta, ſimul cum momentis ponderum eorumdem ſolidorum, eamdem inter ſe habent rationem, quam momenta reſiſtentiarum.

COROLL. II.

PAlam eſt etiam maioris reſiſtentiæ ſolida, &c. eſſe maximis ſuis ponderibus proportionalia.

COROLL. III.

DEducitur rurſus, ſi duo ſolida, &c. proportionalia fuerint binis ponderibus horum momenta, ſimul cum momentis ponderũ ſolidorum, &c. eamdem inter ſe habere rationem, quam momenta reſiſtentiarum.

COROLL. IV.


MAnifeſtum quoquè eſt, ſi duo maioris reſiſtentiæ ſolida, &c. proportionalia fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum ſit, alterum quoq; alterius maximum eſſe.

PROP. XVI.

DAto ſolido, datoque pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamlibet habeat rationem datam, aliud ſolidum reperire dato ſimile, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem.

Sit

Sit datum quodcunque ſolidum ABCD, & pondus E, reperiri debet aliud ſolidum ſimile dato ABCD, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdē habeat proportionem, quam momentum ponderis E, ſimul cum momento ponderis dati ſolidi ABCD, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi ABCD.



Ducatur axis FG, qui ita ſecetur in puncto H, vt ſit H ſolidi AC grauitatis centrum. Deinde, vt axis GF ad eius portionem FH, ità fiat pondus AC ad pondus I, quod, non ſecus ac pondus E, ſuſpenſum intelligatur ex longitudine FG. Præterea, vt pondus I ad ſemetipſum, ſimul cum pondere E, ita fiat AD longitudo ſolidi AC ad longitudinem KL, ſuprà quam fiat ſolidum KL MN ſimile dato ſolido ABCD. Dico iam ſolidum KLMN eſſe quæſitum.

Vt Cubus ex AB ad Cubum ex KN, ità fiat KL ad OP. Quoniam, vt GF ad FH, ità eſt pondus ſolidi AC ad pondus I, patet pondera AC, & I æqualium eſſe momentorum. Rurſus quoniam inuertendo, vt pondus E, ſimul cum pondere I, ad pondus I, hoc eſt momentum ponderis E, ſimul cum momento ponderis AC ad momentum ponderis AC, ita eſt KL ad AD; momentum autem ponderis AC ad momentum ponderis kM proportionem habet compoſitam ex rationibus longitudinis AD ad longitudinem kL, & ſolidi AC ad ſolidum kM, hoc eſt propter figurarum ſimilitudinem, Cubi ex AB ad Cubum ex kN, kL ſcilicet ad OP, ex æquali ergò ordinata, vt momentū ponderis E, ſimul cum momento ponderis AC ad momentum ponderis kM, ità eſt kL ad OP, hoc eſt Cubus ex AB ad Cubum ex kN, momentum ſcilicet reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi kM, & permutando, vt momentum ponderis E ſimul cum momento ponderis ſolidi AC ad momentum reſiſtentię ſolidi AC, ità erit momentum ponderis ſolidi kM ad momentum

resistentiæ solidi kM. Quod erat, &c.


COROLL. I.

HInc deducitur quomodo, dato maioris resistentiæ solido, & maximo pondere, possit solidum reperiri dato simile, & æqualis resistentiæ.

PROP. XVII.

DAto solido, cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ quamlibet habeat rationem datam, sectoq; ab ipso quolibet frusto, reperire pondus, cuius momentum, vna cum momento ponderis abscissi frusti, ad momentum resistentiæ eiusdem frusti sit in eadem proportione.

Sit datum solidum ABC, abscissumq; ab eo frustū ABED. Aio fieri posse, quod proposuimus. Ducatur axis Ck I, sitque solidi ABC centrum grauitatis G; eius autem portionis DEC sit centrum grauitatis F, ac, vt frustum AE ad portionē DEC, ità fiat FG ad GH, patet H frusti AE



esse centrum grauitatis. Fiat modo, vt HI ad IG, ità pondus integri solidi ABC ad pondus eius frusti AE, vnà cum pondere O, rursusque, vt k I ad IH, ità fiat pondus O ad pondus P. Aio pondus P esse quæsitum.

Pendeat O ex puncto H. Quoniam longitudo HI ad longitudinem IG, est vt pondus ABC ad pondus AE, simul cum pondere O, ergo pondus ABC, & summa ponderum AE, & O sunt æqualium momentorum. Rursus quoniam pondus O ad pondus P in eadem est proportione, in qua longitudo kI ad longitudinem IH, ergo momentum ponderis P æquale est momento ponderis O, additoque communi momento pon-

de-

deris AE, erit momentum ponderis P, vnà cum momento ponderis AE, æquale momento eiuſdem ponderis AE, vnà cum momento ponderis O, proindeq; etiam æquale momento ponderis ABC, ac idcirco momentum ponderis P vnà cum momento ponderis fruſti AE ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem fruſti AE in eadem eſt proportione, in qua momentum ponderis ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi ABC. Quod erat, &c.


COROLL.

HInc patet quomodò dato ſolido æqualis reſiſtentiæ, ſectoq; ab ipſo quolibet fruſto, poſſit maximum huius pondus reperiri.

PROP. XVIII.

DAtis duobus quibuſcumq; ſolidis, datoq; pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis primi ſolidi ad momentum eius reſiſtentiæ quamlibet habeat maiorem proportionem, quam momentum ponderis ſolidi ſecundi ad momentū ſuæ, aliud reperire pondus, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis eiuſdem ſecundi ſolidi, ad momentum eius reſiſtentiæ eamdem habeat rationem datam.

Sint duo quęcumq; ſolida ABCD, EFGH, ponduſque I, cuius momentum, vna cum momento ponderis ſolidi AC, ad momentum reſiſtentiæ ſolidi AC quamlibet habeat proportionem, maiorem tamen, quam proportio momenti ponderis ſolidi EG ad momentum reſiſtentię ſolidi EG. Aio fieri poſſe, quod propoſuimus.



Solidi AC ſit axis kL; centrum verò grauitatis M: ſolidi EG ſit axis

NO; centrum autem grauitatis P. Vt Lk ad kM, ità fiat pondus ſolidi AC ad pondus Q pendens, non ſecus, ac pondus I, ex longitudine kL; rurſuſque, vt ON ad NP, ità fiat pondus ſolidi EG ad pondus R, quod ſuſpenſum intelligatur ex longitudine NO. Deinde, vt Cubus ex diametro AB ad Cubum ex diametro EF, hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG, ità S ad T, rurſuſq;, vt longitudo AD ad longitudinem EH, ita S ad V, ac deniq;, vt V ad T, ità fiat pondus Q, vnà cum pondere I, ad pondus R, vnà cum pondere X. Dico iam pondus X eſſe Quæſitum.

Quoniam, vt longitudo Lk ad longitudinem kM, ità eſt pondus ſolidi AC ad pondus Q, patet pondus ſolidi AC, & pondus Q æqualium eſſe momentorum, rurſuſque patet momentum ponderis ſolidi EG, & momentum ponderis R æqualia eſſe inter ſe ſe. Quoniam igitur ratio momenti ponderis Q, hoc eſt ratio momenti ponderis AC, vna cum momento ponderis I, ad momentum ponderis R, hoc eſt ad momentum ponderis EG, vna cum momento ponderis X, componitur ex rationibus ponderis Q, vnà cum pondere I, ad pondus R, vnà cum pondere X, & longitudinis AD ad longitudinem EH, hoc eſt ex rationibus S ad V, & V ad T, ergò momentum ponderis ſolidi AC, vnà cum momento ponderis I, ad momentum ponderis ſolidi EG, vnà cum momento ponderis X, eamdem habet proportionem, quam S ad T, hoc eſt, quam momentum reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG, & permutando, momentum ponderis ſolidi AC, vnà cum momento ponderis I, ad momentum reſiſtentiæ ſolidi AC eamdem habet proportionem, quam momentum ponderis ſolidi EG, vnà cum momento ponderis X, ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EG. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc patet quomodo, datis duobus quibuſcumque ſolidis maioris reſiſtentiæ, datoq; maximo vnius pondere, maximum reperiri poſſit pondus alterius.

COROLL. II.

COlligitur etiam quomodo, datis duobus quibuſcumque ſolidis, ità vt momentum ponderis vnius ad momentum ſuæ reſiſtentiæ

tiæ maiorem habeat proportionem, quam momentum ponderis alterius ad momentum suæ, possit pondus reperiri, cuius momentum, simul cum momento ponderis secundi solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi secundi sit in eadem proportione.

COROLL. III.

PRætèrea constat quomodò, datis duobus quibuscumque solidis, quorum alterum sit æqualis, alterum verò maioris resistentiæ possit huius reperiri maximum pondus.

COROLL. IV.

RVrsus elicitur quomodo, dato quocumq; solido, datoq; pondere, cuius momentum, vnà cum momento ponderis dati solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamlibet habeat rationem datam, sectoq; à dato solido quocumq; frusto: aliud possit reperiri pondus, cuius momentum, vna cum momento ponderis abscissi frusti, ad momentum resistentiæ eiusdem frusti eamdem habeat proportionem.

COROLL. V.

PAlam est deniq; quomodo, dato solido maioris resistentiæ, & maximo pondere, sectoq; à dato solido quocumq; frusto, possit maximum huius pondus reperiri.

PROPOSITIO XIX.

De Prismatibus, & Cilindris.

PRismata, & Cilindri neque contrahi, quin decrescat, neque produci possunt, quin augeatur eorum ratio momenti ponderis ad momentum resistentiæ.

Patet hoc ex Coroll. 4. prop. 10. huius.

COROLL.

HInc liquet æqualis resistentiæ Prismata, vel Cilindros neque contrahi, quin fiant maioris, neq; produci posse sine fractione.

PRO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [39] - 21
PUBLIC DOMAIN

PROP. XX.

MOmentum Prismatis, vel Cilindri æquale est momento ponderis dimidij sui, & ex altera pendentis basi.

Constat id ex prop. 8. huius. Centrum enim grauitatis Prismatis, vel Cilindri, eius axim bifariam diuidit.

PROP. XXI.

CIlindrorum, & Prismatum, quorum alterum alterius portio, resistentiæ sunt reciprocè longitudinibus, axibusq;, molibus, ac ponderibus proportionales.

Patet hoc facili negotio ex prop. 3. huius. Habent enim prædicta, solida æquales bases, & inæquales longitudines, &c.

PROP. XXII.

CIlindrorum, & Prismatum, quorum alterum alterius portio, momenta ponderum sunt inter se, vt Quadrata ex longitudinibus, vel eorum axibus.

Elicitur id ex Coroll. 3. prop. 10. huius.

PROP. XXIII.

CIlindrorum, & Prismatum ponderibus illis proportionalium, quorum momenta simul cum momentis ponderum solidorum, &c. eamdem inter se habent rationem, quam momenta resistentiarum, momenta ponderum sunt momenta resistentiarum proportionalia. Colligitur hoc ex prop. 12. huius.

PROP. XXIV.

CIlindri, & Prismata, quorum ponderum momenta, vt momenta resistentiarum, proportionalia sunt illis ponderibus, quorum momenta, vnà cum momentis ponderum solidorum, &c. eamdem inter se habeant rationem, quam momenta resistentiarum. Manifestum est hoc ex prop. 13. huius.

CO-

COROLL.

HInc liquet maioris resistentiæ Prismata, vel Cilindros, &c. esse maximis suis ponderibus proportionalia.

PROP. XXV.

SI duo Prismata, vel Cilindri, quorum ponderum momenta, vt momenta resistentiarum, proportionalia fuerint binis ponderibus, horum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c. eamdem inter se habebunt rationem, quam momenta resistentiarum. Deducitur facilè ex prop. 14. huius.

COROLL.

HInc palam est, si duo maioris resistentiæ Prismata, vel Cilindri, &c. proportionalia fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum sit, alterum quoque alterius maximum esse.

PROP. XXVI.

CIlindrorum, & Prismatum, quorum latera basium homologa, vel diametri, vt Quadrata ex longitudinibus, momenta ponderum proportionalia sunt momentis resistentiarum.

Patet hoc ex prop. 15. huius.

COROLL. I.

HInc nullo fere negotio elicitur Cilindros, & Prismata, &c. proportionalia esse illis ponderibus, quorum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c. eamdem inter se habent rationem, quam momenta resistentiarum.

COROLL. II.

COnstat etiam maioris resistentiæ Prismata, vel Cilindros, &c. esse maximis suis ponderibus proportionalia.

COROLL. III.

COlligitur quoque, si duo Prismata, vel Cilindri, &c. proportionalia fuerint binis ponderibus, horum momenta simul cum mo-

momentis ponderum ſolidorum, &c., eamdem inter ſe habere rationem, quam momenta reſiſtentiarum.

COROLL. IV.

DEmum liquet, ſi duo maioris reſiſtentiæ Priſmata, vel Cilindri proportionales fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum ſit, alterum quoque alterius maximum eſſe.

PROP. XXVII.

DAtis duobus Priſmatis, vel Cilindris æquales inter ſe baſes, & inæquales habentibus longitudines, datoque pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis ſolidi maioris, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi maioris quamlibet habeat proportionem; alind pondus reperire, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis ſolidi minoris, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi minoris, ſit in eadem ratione data.

Deducitur facilè ex Coroll. 4. prop. 10. & ex prop. 18. huius. Sunt enim prædicta ſolida in ratione compoſita ex proportionibus baſium, & longitudinum eorumque grau. centra axes diſpeſcunt proportionaliter.

COROLL. I.

HInc ſtatim patet, quomodo, datis duobus Priſmatis, vel Cilindris, &c. quorum maius maioris reſiſtentiæ, datoq; maximo maioris pondere, maximum reperiri poſſit pondus minoris.

COROLL. II.

RVrſus elicitur, quomodo dato Priſmate, vel Cilindro, datoq; pondere, cuius momentum, vnà cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamlibet habeat proportionem, ſectaque à dato ſolido portione qualibet, aliud poſſit reperiri pondus, cuius momentum, vnà cum momento ponderis abſciſsæ portionis, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem portionis ſit in eadem ratione data.

COROLL. III.

PAlam eſt iterum quomodo, dato Priſmate, vel Cilindro maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, abſciſſaque ab ipſo portione qua-

qualibet, maximum possit illius pondus reperiri.

PROP. XXVIII.

DAtis duobus Prismatis, vel Cilindris æquales inter se bases, & inæquales habentibus longitudines, reperire pondus, cuius momentum, simul cum momento ponderis solidi minoris, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi minoris, eamdem habeat proportionem, quam momentum ponderis solidi maioris ad momentum suæ.

Elicitur facili negotio ex Coroll. 4. prop. 10., & Coroll. 2. prop. 18 huius.

COROLL. I.

HInc colligitur quomodo, datis duobus Prismatis, vel Cilindris, &c., quorum maius æqualis resistentiæ, possit maximum reperiri pondus minoris.

COROLL. II.

RVrsus patet quomodo, dato Prismate, vel Cilindro, cuius ponderis momentum ad momentum suæ resistentię sit in quacumque ratione data, abscissaque à dato solido portione qualibet, possit aliud reperiri pondus, cuius momentum, simul cum momento ponderis abscissæ portionis, ad momentum resistentiæ eiusdem portionis eamdem habeat proportionem.

COROLL. III.


DEmùm constat quomodo, dato Prismate, vel Cilindro æqualis resistentiæ, sectaque ab ipso portione qualibet, possit maximum huius pondus reperiri.

PROP. XXIX.

DAto Prismate, vel Cilindro, datoque pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamlibet habeat proportionem super quamlibet datam basim aliud solidum constituere eiusdem speciei, & cuius ponderis momentum ad momentum suæ resisten

tiæ ſit in eadem ratione data.

Sit datum ſolidum ABC, cuius axis ED; centrũ vero grau. F, datum pondus G, dataq; baſis IKL. Aio fieri poſſe, quod propoſuimus. Vt FE ad ED, ita fiat pondus G ad pondus H, quod ſuſpenſum intelligatur ex centro F, erunt in pondera G, & H æqualium momentorum. Præterea, vt Cubus ex AB ad Cubum ex IL, ità fiat M ad N, rurſuſq;, vt pondus H, vnà cum pondere ABC, ad pondus ABC, ità fiat M ad O, ac iterum, vt baſis AEB ad baſim IKL, ità O ad P, tandemque, inuenta Q media proportionali inter P,& N,vt P ad Q, ità fiat BC ad LR, compleatũrque ſolidum ILR. Dico hoc eſſe quæſitum.



Quoniam, vt pondus H, vnà cum pondere ABC, hoc eſt momentũ ponderis H, ſiuè G, vnà cum momento ponderis ABC, ad momentum ponderis ABC, ità eſt M ad O; momentum autem ponderis ABC ad momentum ponderis ILR proportionem habet cõpoſitam ex proportionibus ſolidi ABC ad ſolidum ILR, & longitudinis BC ad longitudinem LR, hoc eſt ex rationibus baſis AEB ad baſim IKL, O videlicet ad P, & Quadrati ex BC ad Quadratum ex LR, hoc eſt Quadrati ex P ad Quadratum ex Q, vel P ad N; ex æquali igitur ordinata, momentum ponderis G, vna cum momento ponderis ABC, ad momentum ponderis ILR in eadem ratione eſt, in qua M ad N, Cubus ſcilicet ex AB ad Cubum ex IL, hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ILR, & permutando momentum ponderis G, vnà cum momento ponderis ABC, ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC, eamdem habet proportionem, quam momentum ponderis ILR ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ILR. Quod erat, &c.

CO-

COROLL. I.

HInc liquet quomodo, dato maioris resistentiæ Prismate, vel Cilindro, & maximo illius pondere, super quamlibet datam basim construi possit aliud solidum eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.

COROLL. II.

PAlam est etiam quomodo, dato Prismate, vel Cilindro, datoque pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamlibet habeat proportionem, possit datum solidum ità produci, vt momentum proprij ponderis ad momentum suæ resistentiæ sit in eadem ratione data.

COROLL. III.

COnstat iterum quomodo, dato maioris resistentiæ Prismate, vel Cilindro, & maximo pondere, possit datum solidum ità produci, vt æqualis fiat resistentiæ.

COROLL. IV.

PRætereà patet quomodo, datis duobus Prismatis, vel Cilindris, datoque pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis vnius dati solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamlibet habeat maiorem proportionem, quam momentum ponderis solidi alterius ad momentum suæ, possit eiusmodi solidum ità produci, vt momentum sui ponderis ad momentum suæ resistentiæ eamdem habeat proportionem.

COROLL. V.


MAnifestum est denique, quomodo, datis duobus Prismatis, vel Cilindris maioris resistentiæ, & maximo vnius pondere, possit alterum solidum ità produci, vt æqualis fiat resistentiæ.

PROP. XXX.

DAto Prismate, vel Cilindro, cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in quacumq; ratione data, super quam-

libet datam basim aliud solidum constituere eiusdem speciei, & cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ eamdem habeat proportionem.

Sit datum solidum ABCD, data basis EF. Aio fieri posse, quod proposuimus.



Vt Cubus ex diametro basis AB ad Cubum ex diametro basis EF, ita fiat I ad K, rursusque, vt basis AB ad basim EF, ità I ad L, inuentaque M media proportionali inter L, & K, fiat iam, vt L ad M, ità BC longitudo ad longitudinem FG, compleaturq; solidum EFGH. Dico hoc esse quæsitum. Quoniam momentum ponderis AC ad momentum ponderis EG proportionem habet compositam ex rationibus solidi AC ad solidum EG, & longitudinis BC ad longitudinem FG, hoc est rationibus basis AB ad basim EF, & Quadrati ex longitudine BC ad Quadratum ex longitudinẽ FG, I videlicet ad L, & L ad K, ergò, vt momentum ponderis AC ad momentum ponderis EG, ita I ad K, hoc est. Cubus ex AB ad Cubum ex EF, momentum scilicet resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi EG, & permutando, vt momentum ponderis AC ad momentum resistentiæ solidi AC, ità est momentum ponderis EG ad momentum resistentiæ solidi EG. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc patet quomodo, dato Prismate, vel Cilindro æqualis resistentiæ, super quamlibet datam basim aliud solidum construi possit eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.

COROLL. II.

COnstat etiam inæqualium basium Prismata, vel Cilindros, & æqualis resistentiæ, immò quorum ponderum momenta ad momenta resistentiarum quamlibet habeant, & eamdem pro-


por-

portionem, & esse, & reperiri posse infinita.

PROP. XXXI.

DAto Prismate, vel Cilindro, cuius ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ quamlibet habeat rationem datã, dataq; qualibet longitudine, aliud solidum illi applicare eiusdem speciei, & cuius ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ sit in eadem proportione.

Sit datum solidum ABCD, data verò longitudo EF. Aio fieri posse, quod proposuimus.



Fiat solidum EGHF simile dato solido ABCD, ac, vt diameter, &c. basis AB ad diametrum, &c. basis EG, ita fiat EG ad IK, diametroque, &c. basis IK, fiat solidum, &c. IKLM, cuius longitudo IM æqualis EF. Aio solidum IKLM esse quæsitum.

Quoniam propter figurarũ similitudinem momentum ponderis AC ad momentum ponderis EH, vt Quadratum resistentiæ solidi AC ad Quadratum resistentiæ solidi EH, hoc est Quadratum basis AB ad Quadratũ basis EG, in quadrupla scilicet proportione diametri AB ad diametrum EG; momentum verò ponderis EH ad momentum ponderis IL, vt pondus EH ad pondus IL, hoc est basis GE ad basim KI, BA videlicet ad GE, ergò momentum ponderis AC ad momentum ponderis IL, sextuplam habet proportionem eiusdem BA ad GE, eamdem scilicet, quam Cubus ex BA ad Cubum ex KI, momentum videlicet resistentiæ solidi AC ad momentum resistentiæ solidi IL, & permutando momentum ponderis AC ad momentum resistentiæ solidi AC in eadem ratione est, in qua momentum ponderis IL ad momentum resistentiæ solidi IL. Quod erat, &c.

ALI-

ALITER.

VT AD longitudo ſolidi AC ad longitudinem EF, ità fiat EF ad G, rurſuſq;, vt AD ad G, ità AB ad HE, compleaturque ſolidum EHIF eiuſdē ſpeciei cum dato ſolido ABCD. Dico iam ſolidum EHIF eſſe quæſitum.



Quoniam momentū ponderis AC ad momentum ponderis EI proportionem habet compoſitam ex rationibus longitudinis AD ad longitudinem EF, & ſolidi AC ad ſolidum EI, eſtq; ſolidum AC ad ſolidum EI in compoſita proportione longitudinis AD ad longitudinem EF, & baſis AB ad baſim EH; ergo, vt momentum ponderis AC ad momentum ponderis EI, ità eſt Cubus ex AD ad Cubum ex G, hoc eſt Cubus ex AB ad Cubum ex EH, momentum ſcilicet reſiſtentiæ ſolidi AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EI, & permutando, vt momentum ponderis AC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi AC, ità momentum ponderis EI ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EI. Quod erat, &c.

ALITER.

VT Quadratum ex AD ad Quadratum ex EF, ita fiat BA ad GE, diametroque, &c. basis GE, compleatur solidum, &c. EGHF. Dico hoc esse quæsitum.



Quoniam solida AC, EH proportionem habent cõpositam ex rationibus basium, & longitudinum, eorumque grau. centra axes dispescunt proportionaliter, estq; vt diameter,&c. basis AB ad diametrum, &c. basis EG; ità Quadratum ex longitudine AD ad Quadratum ex longitudine EF, ergò momentum ponderis solidi AC ad momentum resistentiæ solidi AC in eadem ratione est, in qua momentum ponderis solidi EH ad momentum resistentiæ solidi EH. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc patet quomodo dato Prismate, vel Cilindro æqualis resistentiæ, dataq; qualibet longitudine, possit illi solidum applicari eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.


COROLL. II.

COnstat etiam cum Prismata, tum Cilindros inæqualium longitudinum, & æqualis resistentiæ; immò quorum ponderum momenta ad momenta suarum resistentiarum quamlibet habeant & eamdem proportionem, & esse, & reperiri posse infinita.

PROP. XXXII.

DAto Prismate, vel Cilindro, datoq; pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi ad momentum re-

resistentię eiusdem solidi sit in quacumque ratione data, aliud solidum reperire eiusdem speciei quamlibet habens longitudinem, & cuius ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ eamdem habeat proportionem.



Si dàtum solidum AB, pondus datum C, data verò longitudo DE. Aio fieri posse, quod proposuimus. Fiat solidum FG simile dato solido AB, & cuius ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ eamdem habeat proportionem, quam momentũ ponderis C, vna cum momento ponderis AB, ad momentum resistentiæ solidi AB. Deindè verò longitudini datæ DE applicetur solidũ,&c. DH, cuius ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ sit in eadem proportione, in qua momentum ponderis solidi FG ad momentum suæ. Dico iam solidum DH esse quæsitum.

Quoniam tàm momentum ponderis DH ad momentum resistentiæ solidi DH, quam momentum ponderis C, vnà cum momento ponderis AB ad momentum resistentiæ solidi AB, in eadem ratione sunt, in qua momentum ponderis FG ad momentum resistentiæ solidi FG, ergò momentum ponderis DH ad momentum resistentiæ solidi DH eamdem habet proportionem, quam momentum ponderis C, vnà cum momento ponderis AB ad momentum resistentiæ solidi AB. Quod erat, &c.

COROLL.

HInc palam est quomodo, dato Prismate, vel Cilindro maioris resistentiæ, & maximo pondere, possit cuilibet datæ longitudini aliud solidum applicari eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.

SCHOLIVM.


Ex Prop. 10. huius facilè elicitur quatuor hasce propositiones 29. scilicet, 30., 31., & 32., rursusq; Coroll. 1. prop. 29., & Coroll. om-

omnia prop. 30., 31., & 32. aptari posse solidis omnibus, quorum centra grau. axes dispescant proportionaliter, quæq; inter se proportionem habeant compositam ex proportionibus basium, & longitudinum.

PROP. XXXIII.

DAto Prismate quadrangulari, cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ in quacumq; ratione data, aliud solidum construere eiusdem speciei quamlibet habens latitudinem, & cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in eadem proportione.

Sit datum solidum ABCDEFG; data verò latitudo HI. Aio fieri posse, quod proposuimus.



Ex puncto H ducatur Hk perpendicularis datæ HI, eiq; solidum applicetur HLMNOkP, cuius ponderis momentũ ad momentum resistentię in eadem sit proportione, in qua momentum ponderis solidi ABCDEFG ad momentum resistentiæ eiusdem solidi ABCDEFG, eademque longitudine HK, latitudine HI, profunditate verò HL, construatur solidum HLQRSKI. Dico solidum HLQRSKI esse quæsitum. Quoniam momentum ponderis HLMNOKP ad momentum ponderis HLQRSKI in eadem ratione est, in qua pondus, vel solidum HLMNOKP ad pondus, vel solidum HLQRSKI; est autem, vt solidum HLMNOKP ad solidum HLQRSKI, ita basis HLMP ad basim HLQI, momentum scilicet resistentiæ solidi HLMNOKI ad momentum resistentiæ solidi HLQRSKI, ergò, vt momentum ponderis HLMNOKP ad momentum ponderis HLQRSkI, ita momentum resistentiæ solidi HLMNOkP ad momentum resistentiæ solidi HLQRSkI, & permutando, vt momentum ponderis HLMNOkP ad momentum resistentiæ solidi

HLMNOkP, hoc est momentum ponderis ABCDEFG ad momentum resistentiæ solidi ABCDEFG, ita est momentum ponderis HLQRSkI ad momentum resistentiæ solidi kLQRSkI. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc nullo prorsus negotio elicitur quomodo, dato Prismate quadrangulari, cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ quamlibet habeat proportionem, datæ cuilibet longitudini simul, ac latitudini possit solidum applicari eiusdem speciei, & cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in eadem ratione data.


COROLL. II.

PAlam est etiam quadrangularium Prismatum æquales habentiũ longitudines, & altitudines momenta ponderum proportionalia esse momentis resistentiarum.

PROP. XXXIV.

DAtis duobus Prismatis quadrangularibus, datæ cuilibet longitudini aliud eiusdem speciei, taleq; solidum applicare, vt ad vnum ex datis quamcumq; habeat rationem datam, eiusq; ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ sit in eadem proportione, in qua momentum ponderis alterius ad momentum suæ.

Sint data solida ABC, DEF, data ratio G ad H, dataque longitudo Ik. Aio fieri posse, quod proposuimus.



Longitudini Ik applicetur solidum ILM, cuius ponderis momentũ ad momentum resistentię eamdem habeat proportionem, quam momentum põderis ABC ad momentum resistentiæ

tiæ ſolidi ABC. Deinde verò, vt ſolidum ILM ad ſolidum DEF, ita fiat Mk latitudo ſolidi ILM ad latitudinem kN, & compleatur ſolidum ION, tandemq;, vt H ad G, ita fiat Nk ad kP, & compleatur ſolidum IQP. Dico iam ſolidum IQP eſſe quæſitum. Quoniam, vt ſolidum ILM ad ſolidum DEF, ita eſt Mk ad kN, hoc eſt ſolidum ILM ad ſolidum ION, ergo ſolidum ION æquale ſolido DEF. Rurſus quoniam, vt G ad H, ita inuertendo Pk ad kN, ſolidum ſcilicet IQP ad ſolidum ION; eſt autem ſolidum ION æquale ſolido DEF, vt eſt igitur G ad H, ita ſolidum IQP ad ſolidum DEF. Quod primò erat, &c.

Præterea quoniam tam momentum ponderis IQP ad momentum reſiſtentiæ ſolidi IQP, quam momentum ponderis ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC eamdem habet proportionem, quam momentum ponderis ILM ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ILM, ergo, vt momentum ponderis IQP ad momentum reſiſtentiæ ſolidi IQP, ita momentum ponderis ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC. Quod ſecundo erat, &c.

COROLL.


HInc facile deducitur quomodo, dato Priſmate quadrangulari, poſſit datæ cuilibet longitudini aliud eiuſdem ſpeciei, taleq; ſolidum applicari, vt ſit ad datum in quacumque ratione data, eiuſque ponderis momentum ad momentum ſuæ reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem, quam momentum ponderis dati ad momentum ſuæ.

PROP. XXXV.

DAto Priſmate quadrangulari, biniſque ponderibus, datæ cuilibet longitudini aliud eiuſdem ſpeciei ſolidum applicare, cuius ponderis momentum, ſimul cum momento vnius dati ponderis, ad momentum ſuæ reſiſtentiæ in eadem ratione ſit, in qua momentum ponderis dati ſolidi, vna cum momento alterius ponderis dati, ad momentum ſuæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [53] - 35
PUBLIC DOMAIN

Sit datum ſolidum ABC, data pondera D, & E, dataq; longitudo FG. Aio longitudini FG applicari poſſe ſolidum, &c. cuius ponderis momentum, vna cum momento ponderis E, ad momentum ſuæ reſiſtentię in eadem ratione ſit, in qua momentum pōderis ABC, ſimul cum momento ponderis D, ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC.



Longitudini FG applicetur ſolidum FHI, cuius ponderis momentum ad momentum ſuæ reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem, quam momentum ponderis ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi ABC. Deinde vero, vt pondus D ad pondus E, ita fiat k ad L, rurſuſque, vt ſolidum ABC ad ſolidū FHI, ita k ad M, ac denique, vt M ad L, ita fiat IG ad GN, & compleatur ſolidum FON. Dico ſolidum FON eſſe quæſitum.

Quoniam ſolidum ABC ad ſolidum FON proportionem habet compoſitam ex rationibus ſolidi ABC ad ſolidum FHI, k videlicet ad M, & ſolidi FHI ad ſolidum FON, IG ſcilicet ad GN, ſeu M ad L, ergo, vt ſolidum ABC ad ſolidum FON, ita k ad L, hoc eſt pondus D ad E. Rurſus quoniam tam momentū ponderis ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC, quam momentum ponderis FON ad momentum reſiſtentiæ ſolidi FON in eadem ratione eſt, in qua momentum ponderis FHI ad momentum reſiſtentiæ ſolidi FHI, ergo, vt momentum ponderis ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC, ita momentum ponderis FON ad momentum reſiſtentiæ ſolidi FON, ac idcirco, vt momentum ponderis ABC ad momentum ponderis FON, ita momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi FON; Erat autem, vt ſolidum ABC ad ſolidum FON, ita pondus D ad E, ergo, vt momentum ponderis ABC, vna cum momento ponderis D, ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC, ita momentum ponderis FON, ſimul cum momento ponderis E, ad momentum reſi-

siſtentiæ ſolidi FON. Quod erat, &c.


COROLLARIVM.

HInc liquet quomodo, dato Priſmate quadrangulari maioris reſiſtentiæ, biniſq; ponderibus, quorum alterum ſit maximum dati ſolidi, datæ cuilibet longitudini poſſit ſolidum applicari eiuſdem ſpeciei maioris reſiſtentiæ, & cuius maximum ſit alterum pondus.

PROP. XXXVI.

DAto Priſmate quadrangulari, datoque pondere, cuius momentum, vna cum momento ponderis dati ſolidi ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamcumque habeat rationem datam, datæ cuilibet longitudini aliud ſolidum applicare eiuſdem ſpeciei, dato æquale, & cuius ponderis momentum, ſimul cum momento ponderis dati, ad momentum ſuæ reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

Sit datũ ſolidũ ABCDEFG, datum pondus H; data verò longitudo Ik. Aio longitudini Ik applicari poſſe ſolidum, &c., æquale dato ABC, &c., & cuius ponderis momentum, vna cum momento ponderis H, ad momentum ſuæ reſiſtentiæ in eadem ratione ſit, in qua momentum ponderis ABC, &c., ſimul cum momento eiuſdem põderis H ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC, &c.



Longitudini Ik applicetur ſolidum ILMNOkP, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem, quam momentum ponderis ABC, &c. ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC, &c., inuentoque pondere Q, cuius mo-

men-

mentum, simul cum momento ponderis ILM, &c. ad momentum resistentiæ solidi ILM, &c. in eadem ratione sit, in qua momentum ponderis H, vna cum momento ponderis ABC, &c., ad momentum resistentiæ solidi ABC, &c., vt solidum ILM, &c. ad solidum ABC, &c., ita fiat IP ad IR, sectaq; IS æquali IL, longitudine Ik, latitudine IR, profunditate autem IS constructur solidum ISTVXkR. Dico iam solidum IST, &c. esse quæsitum.

Quoniam solida ILM, &c. & IST, &c. æquales habent longitudines, & altitudines, ergo, vt momentum ponderis ILM, &c. ad momentum resistentiæ solidi ILM, &c. hoc est momentum ponderis ABC, &c. ad momentum resistentiæ solidi ABC, &c., ita momentum ponderis IST, &c. ad momentum resistentiæ solidi IST, &c., & permutando, vt momentum ponderis ABC, &c. ad momentum ponderis IST, &c. ita momentum resistentiæ solidi ABC, &c. ad momentum resistentiæ solidi IST, &c.. Rursus quoniam, vt solidum ILM, &c. ad solidum ABC, &c., ita est IP ad IR, solidum scilicet ILM, &c. ad solidum IST, &c., ergo solidum ABC, &c. æquale solido IST, &c. proindeque, vt pondus H ad semetipsum, ita solidum ABC, &c. ad solidum IST, &c., ac idcirco, vt momentum ponderis H, vna cum momento ponderis ABC, &c., ad momentum ponderis H, simul cum momento ponderis IST, &c., ita momentum resistentiæ solidi ABC, &c. ad momentum resistentiæ solidi IST, &c., & permutando, vt momentum ponderis H, simul cum momento ponderis ABC, ad momentum resistentiæ solidi ABC, &c., ita momentum ponderis H, vna cum momento ponderis IST, &c., ad momentum resistentiæ solidi IST, &c.. Quod erat, &c.

COROLL.

HInc patet quomodo, dato Prismate quadrangulari maioris resistentiæ, & maximo pondere, datæ cuilibet longitudini possit solidum applicari eiusdem speciei dato æquale, & cuius maximum sit datum pondus.

SCOLION.

EX superius demonstratis facilè constat, quæ de Prismatis quadrangularibus dicta sunt in quatuor hisce propositionibus, 33. scilicet 34., 35., & 36., earumque corollarijs nullo negotio aptari

tari posse solidis omnibus bases habentibus quadrangulares, rationemque inter se compositam ex proportionibus basium, & longitudinum, & quorum centra grauitatis diuidant axes proportionaliter.

PROP. XXXVII.

De Conis, & Pyramidibus.

COni, & Pyramides neque contrahi, quin decrescat, neq; produci possiunt, quin augeatur ipsorum ratio momenti ponderis ad momentum resistentię.

Constat hoc facilè ex 3. Coroll. prop. 11. Seu contrahantur enim, seu producantur eiusmodi solida semper sibi ipsis similia sunt.

COROLLARIVM.

HInc liquet æqualis resistentiæ Conos, siue Pyramides neque contrahi, quin fiant maioris, neque produci posse sine fractione.

PRPOP. XXXVIII.

MOmentum ponderis Coni, siue Pyramidis æquale est momento suæ quartæ partis, & ex vertice pendentis.

Palam est id ex 8. pr. huius. Centrum enim grau. Coni, siue Pyramidis eius axim ita diuidit, vt pars, quæ est ad verticem sit tripla reliqua.

PROP. XXXIX.

COnorum, atque Pyramidum, quarum altera alterius portio resistentiæ sunt suis basibus proportionales.

Facilè deducitur hæc propos. ex pr. 5. huius. Sunt enim prædicta solida inter se similia.

COROLLARIVM.

HInc patet Conorum, atque Pyramidum, quarum altera alterius portio, resistentias esse inter se, vt Quadrata ex longitudinibus, vel eorum axibus.

PROP.

PROP. XXXX.

COnorum, atq; Pyramidum, quarum altera alterius portio momenta ponderum ſunt inter ſe in quadrupla proportione longitudinis ad longitudinem, vel axis ad axim.
Palam eſt hoc ex prop. 10. huius, & figurarum ſimilitudine.

COROLL. I.

HInc nullo prorſus negotio liquet Conorum, atque Pyramidũ, quarum altera alterius portio, momenta ponderum eſſe inter ſe, vt Quadrata reſiſtentiarum.

COROLL. II.

PRæterea conſtat Conorum, atq; Pyramidum, &c. momenta ponderum in ſeſquitertia eſſe ratione momentorum reſiſtentiarum.

PROP. XXXXI.

COnorum, atq; Pyramidum ponderibus illis proportionalium, quorum momenta, ſimul cum momentis ponderum ſolidorum, &c. eamdem inter ſe habent rationem, quam momenta reſiſtentiarum, momenta ponderum ſunt momentis reſiſtentiarum proportionalia.
Deducitur hoc ex prop. 12. huius.

PROP. XXXXII.

COni, & Pyramides, quorum ponderum momenta, vt momenta reſiſtentiarum, proportionales ſunt illis ponderibus, quorum momenta, vna cum momentis ponderum ſolidorum, &c. eamdem inter ſe habent rationem, quam momenta reſiſtentiarum. Palam eſt hoc ex propoſ. 13. huius.

COROLL.

HInc patet maioris reſiſtentiæ Conos, vel Pyramides, &c. eſſe maximis ſuis ponderibus proportionales.

PROP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [58] - 40
PUBLIC DOMAIN

PROP. XXXXIII.

SI duo Coni, vel Pyramides, quorum ponderum momenta, vè momenta resistentiarum, proportionalia fuerint binis ponderibus, horum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habebunt rationem, quam momenta resistentiarum. Colligitur facile ex prop. 14. huius.

COROLL.

HInc palam est, si duo maioris resistentiæ Coni, vel Pyramides, &c. proportionales fuerint binis ponderibus, quorum alterũ alterius maximum sit, alterum quoque alterius maximum esse.

PROP. XXXXIV.

COnorum, atq; Pyramidum, quarum latera basium homologa, vel diametri, vt Quadrata ex longitudinibus, momenta ponderum proportionalia sunt momentis resistentiarum.
Patet hoc ex prop. 15. huius.

COROLL. I.

HInc facile colligitur Pyramides, & Conos, &c. proportionales esse illis ponderibus, quorum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habeant rationem, quam momenta resistentiarum.

COROLL. II.

COnstat etiam maioris resistentiæ Conos, vel Pyramides, &c. esse maximis suis ponderibus proportionales.

COROLL. III.

DEducitur quoque, si duo Coni, vel Pyramides, &c. proportionales fuerint binis ponderibus, horum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c. eamdem inter se habere rationem, quam momenta resistentiarum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [59] - 41
PUBLIC DOMAIN

COROLL. IV.

DEmum patet, si duo maioris resistentiæ Coni, vel Pyramides proportionales fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum sit, alterum quoque alterius maximum esse.

PROP. XXXXV.

DAtis duobus Conis, vel Pyramidibus æquales inter se bases, & inæquales habentibus longitudines, datoque pondere, cuius momentum, simul cum momento solidi maioris, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi maioris sit in quacumque ratione data, aliud pondus reperire, cuius momentum, vna cum momento ponderis solidi minoris ad momentum resistentiæ eiusdem solidi minoris eamdem habeat proportionem.

Elicitur hoc facili negotio ex cor. 4. prop. 10., & ex prop. 18. huius. Coni etenim, ac Pyramides proportionem habent compositam ex proportionibus basium, & longitudinum, eorumq; grau: centra axes dispescunt proportionaliter.

COROLL.

HInc statim liquet quomodo datis duobus Conis, vel Pyramidibus, &c., quarum maior maioris resistentiæ, datoq; maximo maioris pondere, maximum reperiri possit pondus minoris.

PROP. XXXXVI.

DAtis duobus Conis, vel Pyramidibus æquales inter se bases, & inæquales habentibus longitudines, reperire pondus, cuius momentum, simul cum momento ponderis solidi minoris, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi minoris in eadem ratione sit, in qua momentum ponderis solidi maioris ad momentum resistentiæ eiusdem solidi maioris.

Manifestum est hoc ex cor. 4. prop. 10., & cor. 2. prop. 18. huius.

COROLL.

HInc nullo prorsus negotio constat quomodo, datis duobus Conis, vel Pyramidibus, &c., quarum maior sit æqualis resi-

sten-

ſtentiæ, debeat maximum reperiri pondus minoris.

PROP. XXXXVII.

DAto Cono, vel Pyramide, datoq; pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamlibet habeat rationem datam, ſuper quamlibet datam baſim aliud ſolidum conſtruere eiuſdem ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentię eamdem habeat proportionem.

PROP. XXXXVIII.

DAto Cono, vel Pyramide, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in quacumq; ratione data, ſuper quamlibet datam baſim aliud ſolidum conſtituere eiuſdem ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem.

PROP. IL.

DAto Cono, vel Pyramide, cuius ponderis momentum ad momentum ſuæ reſiſtentiæ quamlibet habeat rationem datam, dataq; qualibet longitudine, aliud ſolidum illi applicare eiuſdem ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentum ſuæ reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

PROP. L.

DAto Cono, vel Pyramide, datoq; pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamlibet habeat rationem datam, aliud ſolidum reperire eiuſdem ſpeciei, quamlibet habens longitudinē, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem.

Conſtant hæc omnia ex ſcholio prop. 32. huius. Conorum etenim, ac Pyramidum grauicentra axes diſpeſcunt proportionaliter, &c.

COROLL. I.

HInc patet quomodo, dato maioris resistentiæ Cono, vel Pyramide, & maximo pondere, super datam quamcumque basim construi possit aliud solidum eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.

COROLL. II.

COnstat etiam quomodo, dato Cono, vel Pyramide æqualis resistentiæ, super quamlibet datam basim construi possit aliud solidum eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.

COROLL. III.

MAnifestum quoq; est inæqualium basium Conos, siue Pyramides, & æqualis resistentiæ; immo quarum ponderum momenta ad momenta resistentiarum quamlibet habeant, & eamdem proportionem, & esse, & reperiri posse infinitas.

COROLL. IV.

PAlam est rursus quomodo, dato Cono, siue Pyramide æqualis resistentiæ, datæ cuilibet longitudini possit aliud eiusdem speciei solidum applicari, & æqualis resistentiæ.

COROLL. V.

LIquet iterum inæqualium longitudinum Conos, atq; Pyramides, & æqualis resistentiæ; immo, quarum ponderum momenta quamlibet habeant, & eamdem proportionem ad momenta resistentiarum, & esse, & reperiri posse infinitas.

COROLL. VI.

RAtum est denique quomodo, dato Cono, vel Pyramide maioris resistentiæ, & maximo pondere, datæ cuilibet longitudini possit solidum applicari eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.

PROP. LI.

DAto Cono, vel Pyramide, datoq; pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi ad momentum resistentiæ, eiusdem solidi quamlibet habeat proportionem, datum so-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [62] - 44
PUBLIC DOMAIN

ſolidum, ita producere, vt eius ponderis momentum ad momentum ſuæ reſiſtentiæ ſit in eadem ratione data.

Conſtat hoc ex figurarum ſimilitudine, cor. 3. prop. 11., & prop. 16 huius.

COROLLARIVM.

HIc ſtatim conſtat quomodo, dato Cono, vel Pyramide maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, poſſit datum ſolidum ita produci, vt fiat æqualis reſiſtentiæ.

PROP. LII.

DAtis duobus Conis, vel Pyramidibus, datoq; pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis vnius dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamlibet habeat maiorem proportionem, quam momentum ponderis ſolidi alterius ad momentum ſuæ, ſolidum eiuſmodi ita producere, vt momentum ſui ponderis ad momentum ſuæ reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem. Facilè id colligitur ex prop. 18., & 51. huius.

COROLL.

HInc patet quomodo, datis duobus Conis, vel Pyramidibus maioris reſiſtentiæ, & maximo vnius pondere, poſſit alterum ſolidum ita produci, vt æqualis fiat reſiſtentiæ.

PROP. LIII.

DAto Cono, vel Pyramide, datoq; pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamcumq; habeat proportionem, ſectaq; à dato ſolido portione qualibet, aliud pondus reperire, cuius momentum, vna cum momento abſciſſæ portionis, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem portionis ſit in eadem ratione data.

Palam eſt hoc ex figurarum ſimilitudine, cor. 3. prop. 11., & prop. 18. huius.

COROLL.

HInc liquet quomodo, dato Cono, vel Pyramide maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, ſectaq; à dato ſolido portione qualibet, poſſit, huius reperiri maximum pondus.

PROP.

PROP. LIV.

DAto Cono, vel Pyramide, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ quamlibet habeat rationem datam, rectaq; a dato ſolido portione qualibet, reperire pondus, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis abſciſſæ portionis ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem portionis ſit in eadem ratione data.

Colligitur facile ex figurarum ſimilitudine, cor. 3. prop. 11., & cor. 2. prop. 18. huius.

COROLL.

HInc patet quomodo dato Cono, vel Pyramide æqualis reſiſtentiæ, abſciſſaq; à dato ſolido portione qualibet poſſit maximum huius pondus reperiri.

PROP. LV.

DAta Pyramide quadrangulari, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ, in quacumque ratione data, aliud ſolidum conſtruere eiuſdem ſpeciei, quamlibet habens latitudinem, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

PROP. LVI.

DAta Pyramide quadrangulari, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ quamlibet habeat proportionem, datæ cuilibet longitudini ſimul, ac latitudini, aliud ſolidum applicare eiuſdem ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentũ reſiſtentiæ ſit in eadem ratione data.

PROP. LVII.

PYramidum quadrangularium æquales habentium longitudines, & altitudines momenta ponderum proportionalia ſunt momentis reſiſtentiarum.

PROP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [64] - 46
PUBLIC DOMAIN

PROP. LVIII.

DAtis duabus Pyramidibus quadrangularibus, datæ cuilibet longitudini aliud eiuſdem ſpeciei, taleq; ſolidum applicare, vt ad vnum ex datis quamcumq; habeat rationem datam, eiuſq; ponderis momentum ad momentum ſuæ reſiſtentiæ ſit in eadem proportione, in qua momentum ponderis alterius ad momentum ſuæ.

PROP. LIX.

DAta Pyramide quadrangulari, datæ cuilibet longitudini aliud eiuſdem ſpeciei, taleq; ſolidum applicare, vt ſit ad datum in quacumq; ratione data, eiuſq; ponderis momentum ad momentum ſuæ reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem, quam momentum ponderis dati ad momentum ſuæ.

PROP. LX.

DAta Pyramide quadrangulari, biniſq; ponderibus, datæ cuilibet longitudini aliud eiuſdem ſpeciei ſolidum applicare, cuius ponderis momentum, ſimul cum momento vnius dati ponderis, ad momuntum ſuæ reſiſtentiæ in eadem ratione ſit, in qua momentum ponderis dati ſolidi vna cum momento alterius ponderis dati ad momentum ſuæ.

PROP. LXI.

DAta Pyramide quadrangulari maioris reſiſtentiæ, biniſq; ponderibus, quorum alterum ſit maximum dati ſolidi, datæ cuilibet longitudini aliud ſolidum applicare eiuſdem ſpeciei, maioris reſiſtentiæ, & cuius maximum ſit alterum pondus.

PROP. LXII.

DAta Pyramide quadrangulari, datoq; pondere, cuius momentum, vna cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum re-

resistentiæ eiusdem solidi quamcumq; habeat rationem datam, datę cuilibet longitudini aliud solidum applicare eiusdem speciei, dato æquale, & cuius ponderis momentum, simul cum momento ponderis dati, ad momentum suæ resistentiæ sit in eadem proportione.

PROP. LXIII.

DAta Pyramide quadrangulari maioris resistentiæ, & maximo pondere, datæ cuilibet longitudini aliud solidum applicare eiusdem speciei, & cuius maximum sit datus pondus.


Manifesta sunt hæc omnia ex Scholio prop. 36. huius. Pyramides enim proportionem habent compositam ex proportionibus basium, & longitudinum, eorumq; grau. centra axes dispescunt proportionaliter.

PROP. LXIV.

De Conodibus Parabolicis.

MOmenta ponderum Conoidis Parabolicæ, & ex ea abscissæ portionis sunt inter se, vt Cubi ex earum axibus.

Sit Conois Parabolica ABC, cuius axis FB, ex eaq; secetur portio DBE, cuius axis BG. Aio momentum ponderis ABC ad momentum ponderis DBE in eadem esse ratione, in qua Cubus ex FB ad Cubum ex BG.



Quoniam momentum ponderis ABC ad momentum ponderis DBE proportionem habet compositam ex rationibus solidi ABC ad solidum DBE, & longitudinis FB ad longitudinem BG (eiusmodi etenim solidorum grau. centra axes dispescunt proportionaliter) proportio autem solidi ABC ad solidum DBE (composita scilicet ex proportionibus basis AC ad ba-

basim DE, hoc est Quadrati ex AF ad Quadratum ex DG, & axis FB ad axim BG) est, vt Quadratum ex FB ad Quadratum ex BG, ergo, vt momentum ponderis ABC ad momentum põderis DBE, ita Cubus ex FB ad Cubum ex BG. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc nullo fere negotio elicitur momenta ponderum Conoidis Parabolicæ, & ex ea abscissæ portionis esse inter se, vt Quadrata ex momentis resistentiarum.

COROLL. II.

DEducitur etiam Conoides Parabolicas neq; contrahi, quin decrescat, neq; produci posse, quin augeatur ipsarum ratio momenti ponderis ad momentum resistentiæ.

COROLL. III.

PAlam est iterum Conoides Parabolicas æqualis resistentiæ neq; contrahi, quin fiant maioris, neq; produci posse sine fractione.

PROP. LXV.


MOmentum ponderis Conoidis Parabolicæ æquale est momento ponderis suæ tertiæ partis, & ex verticæ pendentis.

Patet hoc facilè ex prop. 8. huius. Conoidis enim Parabolicæ ita à centro grauitatis axis diuiditur, vt pars, quæ est ad verticem sit dupla reliqua.

PROP. LXVI.

REsistentiæ Conoidis Parabolicæ, & ex ea abscissæ portionis sunt inter se, vt diametri basium.

Ex Conoide Parabolica ABC, cuius diameter basis AC, axis vero FB, secetur portio DBE, cuius diameter basis DE, axis autem GB. Aio resistentiam solidi ABC ad resistentiam solidi DBE in eadem esse ratione, in qua diameter AC ad diametrum DE.



Resistentiam solidi ABC æquet H, resistentiam vero solidi DBE æquet I. Quoniam momentum ponderis H ad momentum ponderis I, hoc est momentum resistentiæ solidi ABC ad momentum resistentiæ solidi DBE, Cubus scilicet ex AC ad Cubum ex DE, proportionem habet compositam ex rationibus ponderis H ad pondus I, & longitudinis FB ad longitudinem BG, hoc est Quadrati ex AC ad Quadratum ex DE, ergo, vt pondus H ad pondus I, resistentia videlicet solidi ABC ad resistentiam solidi DBE, ita diameter AC ad diametrum DE. Quod erat, &c.

COROLL. I.

HInc facile colligitur resistentias Conoidis Parabolicæ, & ex ea abscissę portionis esse inter se in subdupla ratione basis ad basim, vel axis ad axim.

COROLL. II.

ELicitur quoque Conoidis Parabolicæ, & ex ea abscissæ portionis momenta ponderum in sextupla esse ratione resistentiarum.

PROP. LXVII.

COnoideos Parabolicarum ponderibus illis proportionalium, quorum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habent rationem, quam momenta resistentiarum, momenta ponderum sunt momentis resistentiarum proportionalia.

Deducitur hoc ex prop. 12. huius.

ERO-

PROP. LXVIII.

COnoides Parabolicæ, quarum ponderum momenta, vt momenta resistentiarum, proportionalia sunt illis ponderibus, quorum momenta, vna cum momentis ponderum solidorum, &c. eamdem inter se habeant rationem, quam momenta resistentiarum. Palam est id ex prop. 13. huius.

COROLL.

HInc patet Conoides Parabolicas maioris resistentiæ eamdem inter se habere rationem, quam earum maxima pondera.

PROP. LXIX.

SI duæ Conoides Parabolicæ, quarum ponderum momenta, vt momenta resistentiarum, proportionalia fuerint binis ponderibus, horum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habebunt rationem, quam momenta resistentiarum.

Elicitur facili negotio ex prop. 14. huius.

COROLL.

HInc palam est, si duæ Conoides Parabolicæ maioris resistentię proportionales fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum sit, alterum quoque alterius maximum esse.

PROP. LXX.

PArabolicarum Conoideos, quarum diametri basium, vt Quadrata ex earum axibus, momenta ponderum proportionalia sunt momentis resistentiarum.

Liquet hoc ex prop. 15. huius.

COROLL. I.

HInc facile deducitur Parabolicas Conoides, &c. proportionales esse illis ponderibus, quorum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habent rationem,

nem, quam momenta resistentiarum.

COROLL. II.

COnstat etiam Conoides Parabolicas maioris resistentiæ esse maximis suis ponderibus proportionales.

COROLL. III.

ELicitur quoque, si duæ Conoides Parabolicæ, &c. proportionales fuerint binis ponderibus, horum momenta, vna cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habere rationem, quam momenta resistentiarum.

COROLL. IV.

DEmum liquet, si duæ Conoides Parabolicæ, &c. maioris resistentiæ proportionales fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum sit, alterum quoque alterius maximum esse.

PROP. LXXI.

DAtis duabus Conoidibus Parabolicis æquales inter se bases, & inæquales habentibus longitudines, datoq; pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis solidi maioris, ad momentum resistentię eiusdem solidi maioris quamlibet habeat proportionem, aliud pondus reperire, cuius momentum, simul cum momento ponderis solidi minoris, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi minoris sit in eadem ratione data.

Palam est hoc coroll. 4. prop. 10., & ex prop. 18. huius. Conoideos enim Parabolicarum grau. centra axes dispescunt proportionaliter, habentq; ipsa solida proportionẽ inter se compositam ex proportionibus basium, & longitudinum.

COROLL.

HInc patet quomodo datis duabus Conoidibus Parabolicis, &c. quarum maior maioris resistentiæ, datoq; maximo maioris pondere, maximum possit reperiri pondus minoris.

PROP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [70] - 52
PUBLIC DOMAIN

PROP. LXXII.

DAtis duabus Conoidibus Parabolicis æquales inter se baſes, & inæquales habentibus longitudines, reperire pondus, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis ſolidi minoris ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi minoris ſit in eadem proportione, in qua momentum ponderis ſolidi maioris ad momentum ſuæ.

Colligitur hoc ex Coroll. 4. prop. 10., & coroll. 2. prop. 18. huius.

COROLL.

HInc deducitur quomodo, datis duabus Conoidibus Paraboli-cis, quarum maior æqualis reſiſtentiæ, maximum poſſit reperiri pondus minoris.

PROP. LXXIII.

DAta Conoide Parabolica, datoq; pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamlibet habeat proportionem, ſuper datam quamcumq; baſim aliud ſolidum conſtruere eiuſdem ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem.

PROP. LXXIV.

DAta Conoide Parabolica, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in quacumq; ratione data, ſuper quālibet datam baſim aliud ſolidum conſtruere eiuſdem ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem.

PROP. LXXV.

DAta Conoide Parabolica, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ quamlibet habeat rationem datam, datæ cuilibet longitudini, aliud ſolidum applicare eiuſdem ſpe-

ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

PROP. LXXVI.

DAta Conoide Parabolica, datoque pondere, cuius momentũ, ſimul cum momento ponderis dati ſolidi ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi ſit in quacumq; ratione data, aliud ſolidũ reperire eiuſdem ſpeciei, quamlibet habens longitudinem, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ eamdem habeat proportionem.

Conſtant hæ quatuor propoſ. ex scholio prop. 32. huius. Conoideos enim Parabolicarum grauit. centra axes diſpeſcunt proportionaliter, &c.

COROLL. I.

HInc patet quomodo, data Conoide Parabolica maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, ſuper datam quamcumque baſim conſtrui poſſit aliud ſolidum eiuſdem ſpeciei, & æqualis reſiſtentiæ.

COROLL. II.

LIquet etiam quomodo, data Conoide Parabolica æqualis reſiſtentiæ, ſuper quamlibet datam baſim conſtrui poſſit aliud ſolidum eiuſdem ſpeciei, & æqualis reſiſtentiæ.

COROLL. III.

COnſtat etiam Conoides Parabolicas inæqualium inter ſe baſium, & æqualis reſiſtentiæ; immo quarum ponderum momenta ad momenta reſiſtentiarum, quamlibet habeant, & eamdem proportionem, & eſſe, & reperiri poſſe infinitas.

COROLL. IV.

PAlam eſt rurſus quomodo, data Conoide Parabolica æqualis reſiſtentiæ, datæ cuilibet longitudini poſſit aliud eiuſdem ſpeciei ſolidum applicari, & æqualis reſiſtentiæ.

CO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [72] - 54
PUBLIC DOMAIN

COROLL. V.

MAnifestum quoque est Conoides Parabolicas inæqualium longitudinum, & æqualis resistentiæ; immo, quarum ponderum momenta ad momenta resistentiarum quamlibet habeant, & eamdem proportionem, & esse, & reperiri posse infinitas.


COROLL. VI.

RAtum est deniq; quomodo, data Conoide Parabolica maioris resistentiæ, & maximo pondere, datæ cuilibet longitudini possit solidum applicari eiusdem speciei, & æqualis resistentiæ.

PROP. LXXVIII.

DAta Conoide Parabolica, datoq; pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamlibet habeat rationem datam, datū solidum ità producere, vt eius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in eadem proportione.

Sit data Conois Parabolica ABC, cuius axis BH, datum verò pondus D. Aio fieri posse, quod proposuimus.



Vt pondus D, vna cum tertia parte ponderis ABC, ad tertiam partem ponderis ABC, ità fiat I ad K, inter quas (id enim ex Conoicis sectionibus fieri potest) duæ mediæ proportionales inueniantur L, & M. Deinde, vt L ad I, ità fiat I ad N, tandemq;, vt L ad N, ità HB ad BG, producaturq; solidum ABC quousque solidum consurgat EBF, cuius axis BG. Dico hoc esse quæsitum.

Vt L ad N, ita fiat N ad O. Quoniam, vt pondus D, vna cum tertia parte ponderis ABC, ad tertiam partem ponderis ABC, hoc est momentum ponderis D, vnà cum momento ponderis ABC, ad

ad momentum ponderis ABC, eamdem habet proportionem, quam I ad K: momentum verò ponderis ABC ad momentum ponderis EBF, in eadem ratione eſt, in qua Cubus ex HB ad Cubum ex BG, hoc eſt Cubus ex L ad Cubum ex N, ſiuè Cubus ex K ad Cubum ex L; proindeque, vt K ad O, ex æquali igitur ordinata, vt momentum ponderis D, vna cum momento ponderis ABC, ad momentum ponderis EBF, ità I ad O. Rurſus quoniam ratio L ad N, dupla ſcilicet ratione I ad N, eamdem eſt cum ratione HB ad BG, dupla videlicet AH ad EG; ergo, vt I ad N, ità eſt AH ad EG, ac idcirco, vt Cubus ex I ad Cubum ex N, hoc eſt I ad O, momentum ſcilicet ponderis D, vnà cum momento ponderis ABC, ad momentum ponderis EBF, ità Cubus ex AH ad Cubum ex EG, hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EBF, & permutando, vt momentum ponderis D, vnà cum momento ponderis ABC, ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC, ità momentum ponderis EBF ad momentum reſiſtentiæ ſolidi EBF. Quod erat, &c.

COROLL.

HInc patet quomodo, data Conoide Parabolica maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, poſſit datum ſolidum ità produci, vt æqualis fiat reſiſtentiæ.

PROP. LXXIX.

DAtis duabus Conoidibus Parabolicis, datoq; pondere, cuius momentum, ſimul cum momento ponderis vnius dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamlibet habeat maiorem proportionem, quam momentum ponderis ſolidi alterius ad momentum ſuę, ſolidum eiuſmodi ità producere, vt momentum ſui ponderis ad momentum ſuę reſiſtentię ſit in eadem proportione.

COROLL.

HInc liquet, quomodo datis duabus Conoidibus Parabolicis maioris reſiſtentię, & maximo vnius pondere, poſſit alterum ſolidum ità produci, vt æqualis fiat reſiſtentię.

PROP.

PROP. LXXX.

DAta Conoide Parabolica, datoq; pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamcumq; habeat proportionem, sectaque à dato solido portione qualibet, aliud reperire pondus, cuius momentum, simul cum momento ponderis abscissi solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem abscissi solidi sit in eadem ratione, data.

Elicitur hoc ex Coroll. 2. prop. 64., & ex prop. 18. huius.

COROLL.

HInc palam est quomodo, data Conoide Parabol. maioris resistentiæ, & maximo pondere, sectaq; à dato solido portione, qualibet, possit huius reperiri maximum pondus.

PROP. LXXXII.

DAta Conoide Parabolica, cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in quacumque ratione data, sectaque a dato solido portione qualibet, reperire pondus, cuius momentum, vnà cum momento ponderis abscissæ portionis, ad momentum resistentiæ eiusdem portionis eamdem habeat proportionē.

COROLL.


HInc palam est quomodo, data Conoide Parabolica æqualis resistentiæ, abscissaque à dato solido portione qualibet, possit huius reperiri maximum pondus.

PROP. LXXXII.
De Solidis Parabolicis.

SOlidi Parabolici, & ex eo abscissæ portionis momenta resistentiæ sunt inter se, vt longitudines.

Esto solidum Parabolicum ABC, cuius longitudo AC, portio autem DEC, cuius longitudo DC. Aio momentum resistentiæ solidi ABC ad momentum resistentiæ solidi DEC eamdem habere pro-

portionem, quam longitudo AC ad longitudinem CD.



Quòniam Rectangula AB, & DE æquales habent inter se baſes AF, DG, inæquales verò altitudines FB, & GE, ergò, vt Rectãgulum AB ad Rectangulum DE, ità eſt FB ad GE; ſed momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi DEC proportionem habet compoſitam ex proportionibus baſis AB ad baſim DE, & altitudinis FB ad altitudinem GE, ergò momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi DEC eſt, vt Quadratum ex FB ad Quadratum ex GE, in eadem ſcilicet proportione, in qua longitudo AC ad longitudinem CD. Quod erat, &c.


COROLL.

Hinc ſtatim patet, momenta reſiſtentiæ ſolidi Parabolici, & ex eo abſciſſæ portionis eſſe inter ſe in duplicata ratione baſis ad baſim.

PROP. LXXXIII.

Solidi Parabolici, & ex eo abſciſſæ portionis momenta ponderum ſunt in quintupla proportione baſis ad baſim.

Esto solidum Parabolicum ABC, cuius basis AB, portio verò DEC, cuius basis DE. Aio momentum ponderis solidi ABC ad momentum ponderis solidi DEC esse in quintupla proportione basis AB ad basim DE.



Quoniam momentum ponderis solidi ABC ad momentum ponderis solidi DEC proportionem habet compositam ex rationibus solidi ABC ad solidum DEC, & longitudinis AC ad longitudinem CD, estq; solidum ABC ad solidum DEC in proportione composita basis AB ad basim DE, & longitudinis AC ad longitudinem CD; ergò momentum ponderis solidi ABC ad momentum ponderis solidi DEC, proportionem habet compositam ex proportionibus basis AB ad basim DE, & Quadrati ex longitudine AC ad Quadratum ex longitudine CD, quadrupla scilicet eiusdem basis AB ad basim DE, ac idcircò momentum ponderis solidi ABC ad momentum ponderis solidi DEC est in quintupla proportione basis AB ad basim DE. Quod erat, &c.

COROLL. I.

EX duabus hisce propositionibus facilè elicitur, solidi Parabolici, & ex eo abscissæ portionis momenta ponderum esse inter se in dupla sesquialtera proportione momentorum resistentiarum.

COROLL. II.

COlligitur etiam solida Parab. neq; contrahi, quin decrescat, neq; produci posse, quin augeatur eorum ratio momenti ponderis ad momentum resistentiæ.

COROLL. III.

LIquet iterum solida Parab. æqualis resistentiæ neque contrahi, quin fiant maioris, neq; produci posse sine fractione.


SCHOLION.

HIc fortasse non abs re erit animaduertere, quod licet solidum Parabolicum abstrahendo à momento suæ grauitatis, sit vbique æqualis resistentiæ, quemadmodum in suis dialogis ostendit ingeniosissimus Galilæus, & nos etiam paulò inferius alia via ostensuri sumus; si tamen illius pondus consideretur, magis, magisq; semper resistit, quo magis, magisq; peragendæ fractionis locus eius vertici proximior est.

PROP. LXXXIV.

SOlidi Parabolici momentum ponderis æquale est momento ponderis ex prop. vertice pendentis, eamque ad pondus dati solidi habentis proportionem, quam duo ad quinque.

Esto solidum Parabolicum ABC, cuius basis AB, longitudo AC, pondus vero D, cuiu proportio ad pondus solidi ABC, vt duo ad quinque. Aio momentum ponderis solidi ABC æquale esse momento ponderis D pendentis ex vertice eiusdem solidi ABC.



Diuidatur bifariam EB latitudo basis AB in puncto F, ex quo ducatur planum FGH æquidistans oppositis semiparabolis BIK, & ECA, seceturque HG in puncto L ita, vt pars ad verticem GL sit ad reliquam LH in sesquialtera proportione, ac demum ex puncto L in plano semiparabolæ FGH erigatur recta LM perpendicularis rectæ HG. Patet iam centrum grau. semiparabolæ HFG, proindeq; solidi parabolici ABC, esse in recta LM.


Ni-

Nititur ergo per ML pondus ſolidi ABC; eumq; ſit ad pondus D, vt GH longitudo ad longitudinem HL, ergò momentum ponderis D æquale eſt momento ponderis ABC. Quod erat, &c.

PROP. LXXXV.

SOlidi Parabolici, & ex eo abſciſſæ portionis reſiſtentiæ ſunt inter ſe æquales.

Eſto ſolidum Parabolicũ ABC, cuius portio DEC. Aio reſiſtentias ſolidi ABC, & portionis DEC æquales eſſe inter ſeſe.



Reſiſtentiæ ſolidi ABC æquetur F; reſiſtentiæ verò ſolidi DEC æquetur G. Quoniam momentum ponderis F ad momentũ ponderis G, hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi DEC, ſeù longitudo AC ad longitudinem CD, compoſitam habet proportionem ex proportionibus ponderis F ad pondus G, & longitudinis AC ad longitudinem CD; ergò F ad G, hoc eſt reſiſtentia ſolidi DEC proportionem habet æqualitatis. Quod erat, &c.

PROP. LXXXVI.

SOlidorum Parab. ponderibus illis proportionalium, quorum momenta, ſimul cum momentis ponderum ſolidorum, &c. eamdem inter ſe habent rationem, quam momenta reſiſtentiarũ, momenta ponderum ſunt momentis reſiſtentiarum proportionalia. Deducitur hoc ex prop. 72. huius.

PROP. LXXXVII.

SOlida Parabolica, quorum ponderum momenta, vt momenta resistentiarum proportionalia sunt illis ponderibus, quorum momenta, vna cum momẽtis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habent rationem, quam momenta resistentiarum.
Elicitur id ex prop. 13. huius.

COROLL.

HInc patet maioris resistentiæ solida, &c. esse maximis suis ponderibus proportionalia.

PROP. LXXXVIII.

SI duo solida Parab., quorum ponderum momenta, vt momenta resistentiarum, proportionalia fuerint binis ponderibus, horum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habebunt rationem, quam momenta resistentiarum.
Palam est hoc ex prop. 14. huius.

COROLL.

HInc liquet si duo maioris resistentiæ solida, &c. proportionalia fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum sit, alterum quoque alterius maximum esse.

PROP. LXXXIX.

SOlidorum Parab., quorum latera basium homologa, vt Quadrata ex longitudinibus, momenta ponderum proportionalia sunt momentis resistentiarum.
Manifestum est id ex prop. 15. huius.

COROLL. I.

HInc facile colligitur solida Parab., &c. proportionalia esse illis ponderibus, quorum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habeant rationem, quam momenta resistentiarum.

CO-

COROLL. II.

COnstat etiam maioris resistentiæ solida, &c. esse maximis suis ponderibus proportionalia.

COROLL. III.

PAlam est rursus, si duo solida Parab. &c. proportionalia fuerint binis ponderibus, horum momenta, simul cum momentis ponderum solidorum, &c., eamdem inter se habere rationem, quam momenta resistentiarum.

COROLL. IV.

DEmum patet, si duo maioris resistentiæ solida, &c. proportionalia fuerint binis ponderibus, quorum alterum alterius maximum sit, alterum quoq; alterius maximum esse.

PROP. LXXXX.

DAtis duobus solidis Parab. æquales inter se bases, & inæquales habentibus longitudines, datoq; pondere, cuius momentum, simul cum momento solidi maioris, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi maioris sit in quacumq; ratione data, aliud pondus reperire, cuius momentum, vna cum momento ponderis solidi minoris, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi minoris eamdem habeat proportionem.

Elicitur facile ex cor. 4. prop. 10. & prop. 18. huius.

COROLLARIVM.

HInc patet quomodo, datis duobus solidis Parabolicis, &c., quorum maius maioris resistentiæ, datoq; maximo maioris pondere, maximum reperiri possit pondus minoris.

PROP. LXXXXI.

DAtis duobus solidis Parabolicis æquales inter se bases, & inæquales habentibus longitudines, reperire pondus, cuius momentum, simul cum momento ponderis solidi minoris, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi minoris in eadem ratione sit, in

qua

qua momentum ponderis solidi maioris ad momentum resistentię eiusdem solidi maioris.

Deducitur hoc ex cor. 4. prop. 10., & coroll. 2. prop. 18. huius.

COROLL.

HInc colligitur quomodo, datis duobus solidis Parabol., &c., quorum maius æqualis resistentiæ, possit maximum reperiri pondus minoris.

PROP. LXXXXII.

DAto solido Parab., datoque pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamlibet habeat proportionem, super datam quamcumq; basim, aliud solidum constituere eiusdem speciei, & cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in eadem proportione.

PROP. LXXXXIII.

DAto solido Parab., cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ quamlibet habeat rationem datam, super datam quamcumq; basim aliud solidum constituere eiusdem speciei, & cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in eadem proportione.

PROP. LXXXXIV.

DAto solido Parabolico, cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ quamcumque habeat proportionem, datæ cuilibet longitudini, aliud solidum applicare eiusdem speciei, & cuius ponderis momentum ad momentum resistentiæ sit in eadem ratione data.

PROP. LXXXXV.

DAto solido Parab., datoq; pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi, ad momentum resistentię eiusdem

eiuſdem ſolidi quamcumque habeat proportionem, aliud ſolidũ reperire eiuſdem ſpeciei quamcumque habens longitudinem, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in eadem ratione data.

Manifeſta ſunt hæc omnia ex Scholio prop. 32. huius.

COROLL. I.

HInc liquet quomodo, dato maioris reſiſtentiæ ſolido, &c., & maximo pondere, ſuper quamlibet datam baſim conſtrui poſſit aliud ſolidum eiuſdem ſpeciei, & æqualis reſiſtentiæ.

COROLL. II.

PAtet etiam quomodo, dato ſolido Parabolico æqualis reſiſtentię, ſuper quamlibet datam baſim conſtrui poſſit aliud ſolidum eiuſdem ſpeciei, & æqualis reſiſtentiæ.

COROLL. III.

PAlam eſt rurſus inæqualium baſium ſolida, &c., & æqualis reſiſtentiæ; immo, quorum ponderum momenta ad momenta reſiſtentiarum quamlibet habeant, & eamdem proportionem, & eſſe, & repiriri poſſe infinita.

COROLL. IV.

MAnifeſtum quoque eſt, quomodo, dato ſolido Parab. æqualis reſiſtentiæ, datæ cuilibet longitudini poſſit aliud eiuſdem ſpeciei ſolidum applicari, & æqualis reſiſtentiæ.

COROLL. V.

COnſtat iterum inæqualium longitudinum ſolida, &c., & æqualis reſiſtentiæ; immo, quorum ponderum momenta quamlibet habeant, & eamdem proportionem ad momenta reſiſtentiarum, & eſſe, & reperiri poſſe infinita.

COROLL. VI.


RAtum eſt denique, quomodo, dato ſolido Parabolico maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, datæ cuilibet longitudini poſſit ſolidum applicari eiuſdem ſpeciei, & æqualis reſiſtentiæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [83] - 65
PUBLIC DOMAIN

PROP. LXXXVI.

DAto ſolido Parabolico, datoq; pondere, cuius momentum, vna cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamcumq; habeat rationem datam, datum ſolidum ita producere, vt eius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

Sit datum ſolidum, &c. ABCDEF, datumque pondus G. Aio fieri poſſe, quod propoſuimus.



Vt pondus ABCDEF ad ſemetipsũ, ſimul cũ quinq; medietatis ponderis G, ita fiat H ad I, inter quas inueniantur (id enim per Conicas ſectiones fieri poteſt) duæ mediæ proportionales K, & L, fiatque, vt H ad L, ita ED ad DM, & compleatur ſolidum MNOCDP. Dico iam ſolidum MNOCDP eſſe quæſitum.

Vt K ad I, ita fiat I ad Q, ac inter I, & Q inueniatur R media proportionalis. Quoniam AE ad NM eſt in ſubdupla proportione ED ad DM, hoc eſt H ad L, eſtque, vt H ad K, ita K ad L, ergo vt AE ad NM, hoc eſt baſis EB ad baſim MO, ita H ad K. Rurſus quoniam H, K, L, I, R, Q ſunt continuè proportionales, erit igitur H ad Q in quintupla proportione eiuſdem H ad K, ſiue baſis EB ad baſim MO. Quoniam itaq; momentum ponderis G, ſimul cum momento ponderis EBCD eamdem habet proportionem, quam quinque medietates ponderis G, ſimul cum pondere EBCD ad pondus EBCD, eamdem ſcilicet inuertendo, quam I ad H; momentum autem ponderis EBCD ad momentum ponderis MOCD eſt in quintupla proportione baſis EB ad baſim MO, proindeque vt H ad Q, ex æquali igitur ordinata momentum ponderis G, vna cum momento ponderis ſolidi EBCD ad momentum ponderis ſolidi MOCD in eadem ratione eſt, in qua I ad Q, H videlicet ad L, ſeu ED ad DM, hoc

eſt

est momentum resistentiæ solidi EBCD ad momentum resistentiæ solidi MOCD, & permutando momentum ponderis G, vna cum momento ponderis solidi EBCD, ad momentum resistentiæ solidi EBCD eamdem habet proportionem, quam momentum ponderis solidi MOCD ad momentum resistentiæ solidi MOCD. Quod erat, &c.

COROLL.

HInc patet quomodo, dato solido Parabolico maioris resistentiæ, & maximo pondere, possit datum solidum ita produci, vt æqualis fiat resistentiæ.

PROP. LXXXXVII.

DAtis duobus solidis Parabolicis, datoq; pondere, cuius momentum, vna cum momento ponderis vnius ex datis solidis, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamlibet habeat maiorem proportionem, quam momentum ponderis solidi alterius ad momentum suæ, solidum eiusmodi ita producere, vt momentum sui ponderis ad momentum suæ resistentiæ eamdem habeat proportionem.

Elicitur hoc facili negotio ex prop. 18., & 96. huius.

COROLL.

HInc liquet quomodo, datis duobus solidis Parabolicis maioris resistentiæ, & maximo vnius pondere, possit alterum solidū ita produci, vt æqualis fiat resistentiæ.

PROP. LXXXXVIII.

DAto solido Parabolico, datoque pondere, cuius momentum, simul cum momento ponderis dati solidi, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi quamcumq; habeat proportionem, sectaque à dato solido portione qualibet, aliud pondus reperire, cuius momentum, simul cum momento portionis abscissæ, ad momentum resistentiæ eiusdem portionis, sit in eadem ratione data.

Deducitur facile ex prop. 18., & coroll. 2. prop. 83. huius.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [85] - 67
PUBLIC DOMAIN

COROLL.

HInc patet quomodo, dato ſolido Parabolico maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, abſciſſaq; à dato ſolido portione qualibet, poſſit maximum huius pondus reperiri.

PROP. IC.

DAto ſolido Parabolico, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ quamlibet habeat rationem datam, ſectaque à dato ſolido portione qualibet, aliud pondus reperire, cuius momentum, vna cum momento ponderis portionis abſciſſæ, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem portionis ſit in eadem proportione.

Palam eſt hoc ex coroll. 2. prop. 18., & coroll. 2. prop. 83. huius.

COROLL.

HInc manifeſtum eſt quomodo, dato ſolido Parabolico æqualis reſiſtentiæ, ſectaq; ab ipſo portione qualibet, poſsit maximũ huius pondus reperiri.

PROP. C.

DAto ſolido Parabolico, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ in quacumq; ratione data, aliud ſolidum conſtruere, eiuſdem ſpeciei, quamlibet habens latitudinem, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

PROP. CI.

DAto ſolido Parabolico, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ quamcumq; habeat rationem datam, datæ cuilibet longitudini ſimul, ac latitudini aliud ſolidum applicare, eiuſdem ſpeciei, & cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

PROP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [86] - 68
PUBLIC DOMAIN

PROP. CII.

SOlidorum Parab. æquales habentium longitudines, & altitudines momenta ponderum proportionalia sunt momentis resistentiarum.

PROP. CIII.

DAtis duobus solidis Parabolicis, datæ cuilibet longitudini aliud eiusdem speciei, taleq; solidum applicare, vt ad vnum ex datis quamlibet habeat rationem datam, eiusq; ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ sit in eadem proportione, in qua momentum ponderis alterius ad momentum suæ.

PROP. CIV.

DAto solido Parabolico, datæ cuilibet longitudini, aliud eiusdem speciei, taleq; solidum applicare, vt sit ad datum in quacumq; ratione data, eiusq; ponderis momentum ad momentum suæ resistentiæ eamdem habeat proportionem, quam momentum ponderis dati ad momentum suæ.

PROP. CV.

DAto solido Parabolico, biniſq; ponderibus, datæ cuilibet longitudini aliud eiusdem speciei solidum applicare, cuius ponderis momentum, simul cum momento vnius dati ponderis, ad momentum suæ resistentiæ in eadem ratione sit, in qua momentum ponderis dati solidi, vna cum momento alterius ponderis dati, ad momentum suæ.

PROP. CVI.

DAto solido Parabolico maioris resistentiæ, biniſq; ponderibus, quorum alterum sit maximum dati solidi, datæ cuilibet longitudini aliud solidum applicare eiusdem speciei, maioris resistentiæ, & cuius maximum sit alterum pondus.

PRO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [87] - 69
PUBLIC DOMAIN

PROP. CVII.

DAto ſolido Parabolico, datoque pondere, cuius momentum, vna cum momento ponderis dati ſolidi, ad momentum reſiſtentiæ eiuſdem ſolidi quamcumq; habeat rationem datam, datæ cuilibet longitudini aliud ſolidum applicare eiuſdem ſpeciei, dato æquale, & cuius ponderis momentum, ſimul cum momento ponderis dati, ad momentum ſuæ reſiſtentiæ ſit in eadem proportione.

PROP. CVIII.


DAto ſolido Parabolico maioris reſiſtentiæ, & maximo pondere, datæ cuilibet longitudini aliud ſolidum applicare eiuſdem ſpeciei, & cuius maximum ſit datum pondus.

Patent hæc omnia ex Scholio prop. 36. huius.

PROP. CVIIII.

DAto solido Parabolico, cuius ponderis momentum ad momentum reſiſtentiæ quamlibet habeat proportionem, datoque pondere, à dato ſolido portionem abſcindere, cuius ponderis momentum, ſimul cum momento ponderis dati, ad momentum reſiſtentiæ portionis abſciſſæ eamdē habeat proportionem. Oportet autem, vt datum pondus minus ſit quam duæ quintæ partes ponderis totius dati ſolidi.

Sit datum ſolidum Parabol. ABC, datumq; pondus D, &c.. Aio fieri poſſe, quod propoſuimus.



Quoniam pondus D eſt ex hypoteſi minus, quā duæ quintæ partes ponderis ABC, ergò quinq; medietates pōderis D minus eſt pondus, quàm ABC. Sit igitur E horum ponderū

diffe-

differentia, ac, vt pondus ſolidi ABC ad pondus E, ità fiat F ad G, inter quas inueniantur duæ mediæ proportionales H, & I. Deinde, vt F ad I, ita fiat AC ad CK, extenſoque per punctum K plano KL parallelo plano baſis AB, abſcindatur ex dato ſolido Parab. ABC portio KLC. Dico portionem KLC eſſe quæſitam.

Vt F ad I, ità fiat G ad M, ac inter G, & M inueniatur N media proportionalis. Quoniam, vt F ad I, hoc eſt Quadratum ex F ad Quadratum ex H, ita AC ad CK, Quadratum ſcilicet ex AO ad Quadratum ex KP, ergò, vt AO ad KP, ità F ad H, ſuntque F, H, I, G, N, M, continuè proportionales, ergò F ad M eſt in quintupla proportione ipſius AO ad KP, hoc eſt rectanguli AB ad rectangulum KL in eadem ſcilicet, in qua momentum ponderis ſolidi ABC ad momentum ponderis ſolidi KLC. Rurſus quoniam pondus ſolidi ABC ad pondus ſolidi KLC proportionem habet compoſitam ex proportionibus longitudinis AC ad longitudinem CK, & baſis AB ad baſim KL, hoc eſt ex proportionibus F ad I, & AO ad KP, ſeu I ad G, ex æquali igitur ordinata, vt pondus ſolidi ABC ad pondus ſolidi KLC, ita eſt F ad G, pondus ſcilicet ABC ad pondus E. Æquale igitur eſt pondus E ponderi ſolidi KLC, additisque communiter quinque medietatibus ponderis D, erit iam pondus E, ſimul cum quinque medietatibus ponderis D, hoc eſt pondus ſolidi ABC æquale quinq; medietatibus põderis D, ſimul cũ pondere KLC. His poſitis, quoniam, vt F ad M, ita eſt momentum ponderis ABC ad momentum ponderis kLC, momentum verò ponderis kLC ad ſemetipſum, ſimul cum momento ponderis D hoc eſt ad momentum ponderis ABC, pendentis tamen ex centro grau. ſolidi kLC, eſt, vt pondus kLC ad pondus ABC, hoc eſt proportionem habet compoſitam ex rationibus longitudinis kC ad longitudinem CA, ſeù M ad G, & baſis kL ad baſim AB, vel G ad I; Ex æquali ergò ordinata momentum ponderis ABC ad momentum ponderis kLC, ſimul cum momento ponderis D, eamdem habet proportionem, quam F ad I, AC videlicet ad Ck, hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi kLC, & permutando momentum ponderis ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC in eadem eſt proportione, in qua momentum ponderis ſolidi kLC, vna cum momento ponderis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [89] - 71
PUBLIC DOMAIN

ris D, ad momentum resistentiæ solidi kLC. Quod erat, &c.

COROLL.

HInc patet quomodo, dato solido Parab. æqualis resistentiæ, datoq; pondere minori, quam duæ quintæ partes ponderis dati solidi, possit à dato solido abscindi portio, cuius maximum sit datum pondus.

SCHOLION.

DEterminatio appositа in præcedenti propositione, eiusq; Coroll. hinc euincitur necessaria, quia alioquin vtrumque esset impossibile. Si enim D minus non esset quam duæ quintæ partes ponderis ABC, iam quinque medietatem ponderis D, simul cum quacumq; quantumuis minima portiuncula ponderis ABC, puta kLC, maius esset pondus, quam ABC, proindeque proportio momenti ponderis D, vna cum momento ponderis kLC, ad momentum ponderis ABC, composita scilicet ex rationibus quinq; medietatum ponderis D, simul cũ pondere kLC, ad pondus ABC, & longitudinis kC ad longitudinẽ CA, maior esset quàm proportio eiusdẽ longitudinis kC ad longitudinẽ CA, hoc est maior, quàm proportio momenti resistentię solidi kLC ad momentum resistentiæ solidi ABC, & permutando momentum ponderis D, vna cum momento ponderis abscissi solidi kLC, ad momentum resistentiæ eiusdem solidi kLC, semper maiorem necessario haberet rationẽ, quam momentum ponderis solidi ABC ad momentum resistentiæ eiusdem solidi ABC, proindeque impossibilis omninò esset prædictorum Problematum resolutio.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [90] - 72
PUBLIC DOMAIN


PROP. CX.
De Conoidibus Hyperbolicis.

CONoidis Hyperbolicæ momentum ponderis æquale eſt momento ponderis pendentis ex vertice, eam ad pondus Conoidis rationem habentis, quam pars quarta axis Conoidis, ſimul cum tali portione duodecimæ, quæ ſit ad reliquam, vt ſeſquialtera tranſuerſæ diametri ad axim Conoidis.

Conſtat hoc facile ex prop. 8. huius. Conoidis enim Hyperbolicæ centrum grau. eſt punctum illud, in quo duodecima pars axis ordine quarta ab ea, quæ baſim attingit ità diuiditur, vt ſit ad reliquam, vt ſeſquialtera tranſuerſæ diametri illius Hyperboles, quę Conoidem deſcribit ad axim Conoidis.

PROP. CXI.

CONoidis Hyperbolicæ reſiſtentia ad reſiſtentiam abſciſſæ portionis in eadem eſt proportione, in qua Rectangulum ex ſumma axis Conoidis, & diametri tranſuerſæ Hyperbolæ genitricis in diametrum baſis Conoidis ad Rectangulum ex ſumma axis portionis, & eiuſdem tranſuerſæ diametri in diametrum baſis portionis.




Eſto ſolidum, &c. ABC, cuius baſis AC, axis DB, baſis diameter CA, Hyperbola genitrix ABC, cuius tranſuerſa diameter BE; ſecta autē ex ſolido ABC portione FBG, cuius baſis FG axis BH, baſis diameter GF. Aio reſiſtentiam ſolidi ABC ad reſiſtentiam ſolidi FBG in eadem eſſe ratione, in qua Rectangulum ex ED in CA ad Rectangulum ex EH in GF. Reſiſtentiam ſolidi ABC æquet I, reſiſtentiam verò ſolidi FBG æquet K. Quoniam momentum ponderis I ad momentum ponderis K,

hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi ABC ad momentum reſiſtentiæ ſolidi FBG, proportionem habet compoſitam ex rationibus ponderis I ad pondus k, & longitudinis DB ad longitudinem BH, rurſuſq; proportionem habet compoſitam ex ratio nibus baſis AC ad baſim FG, Quadrati ſcilicet ex AD ad Quadratum ex EH, hoc eſt Rectanguli ex ED in DB ad Rectangulum ex EH in HB, & radij, vel diametri baſis AC ad radium, vel diametrum baſis GF; eſt autem ratio Rectanguli ex ED in DB ad Rectangulum ex EH in HB in compoſita proportione ex rationibus DE ad EH, & DB ad BH, ergò ratio compoſita ex rationibus ponderis I ad pondus K, & longitudinis DB ad longitudinem HB eadem eſt cum compoſita proportione ex proportionibus DB ad BH, DE ad EH, & CA ad GF; proindeque pondus I ad pondus K, reſiſtentia videlicet ſolidi ABC ad reſiſtentiam ſolidi FBG, in compoſita ratione eſt ex rationibus DE ad EH, & CA ad GF, in eadem ſcilicet, in qua Rectangulum ex ED in AC ad Rectangulum ex EH in FG. Quod erat, &c.

ALITER.

Quoniam ſolida ABC, FBG inæqualium ſunt baſium, & longitudinum, ergò reſiſtentia ſolidi ABC ad reſiſtentiam ſolidi FBG proportionem habet compoſitam ex rationibus Cubi ex diametro baſis AC ad Cubum ex diametro baſis FG, & longitudinis HB ad longitudinem BD; verum Cubus ex diametro baſis AC ad Cubum ex diametro baſis FG in compoſita eſt proportione ex rationibus Quadrati ex CA, vel AD ad Quadratum ex GF, vel FH, hoc eſt Rectanguli ex ED in DB ad Rectangulũ ex EH in HB, & diametri CA ad diametrum GF; Rectangulum autem ex ED in DB ad Rectangulum ex EH in HB in compoſita ratione eſt ex rationibus DE ad EH, & DB ad BH, ergo reſiſtentia ſolidi ABC ad reſiſtentiam ſolidi FBG proportionem habet compoſitam ex ra-



rationibus HB ad BD, DB ad BH, DE ad EH, & AC ad FG, ſubiatiſq; rationibus HB ad BD, & DB ad BH, vt potè rationem componentibus æqualitatis, quæ nihil in proportionum cõpoſitione addit, vel ſubtrahit, reſiſtentia ſolidi ABC ad reſiſtentiam ſolidi FBG in ratione erit compoſita ex rationibus DE ad EH, & CA ad GF, in eadem ſcilicet, in qua Rectangulum ex ED in CA ad Rectangulum ex EH in GF. Quod erat, &c.

PROP. CXII.

COnoidis Hyperbolicæ momentum ponderis ad momentum ponderis abſciſſæ portionis in compoſita eſt proportione ex rationibus Parallelepipedi, cuius baſis Rectangulum ex ſumma axis Conoidis, & lineæ triplæ tranſuerſæ Diametri in duplam tranſuerſæ Diametri, ſimul cum Axe portionis; altitudo verò ſumma tranſuerſæ Diametri, & axis Conoidis ad Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex linea dupla tranſuerſæ diametri, vna cum axe Conoidis, in triplam tranſuerſæ diametri, ſimul cum axe portionis; altitudo autem ſumma axis portionis, & tranſuerſæ diametri, & Parallelepipedi, cuius baſis Quadratum ex axe Conoidis; altitudo verò quarta pars axis Conoidis, vna cum tali portione duodecimæ, quæ ſit ad reliquam, vt ſeſquialtera tranſuerſæ diametri ad axim Conoidis, ad Parallelepipedum, cuius baſis Quadratum ex axe portionis; altitudo autem quarta pars axis portionis, quæ eandem ad reliquam habeat rationem, quam ſeſquialtera tranſuerſæ diametri ad axim portionis.

Eſto Conois Hyperbolica ABC, cuius axis BD, portio EBF, eius axis BG, tranſuerſa diameter BH; eius dupla BI, tripla BK, ſeſquialtera BL, quarta pars axis Conoidis DM, duodecima MN, ita diuiſa in puncto O, vt MO ad ON ſit in eadem proportione, in qua eſt LB ad BD, rurſuſq; quarta pars axis portionis GP, duode-



cima PQ, ità pariter diuisa in puncto R, vt sit PR ad RQ, vt est eadem LB ad BG. Aio momentum ponderis ABC ad momentum ponderis EBF in ratione esse composita ex rationibus solidi Parallelepipedi, cuius basis Rectangulum ex KD in GI; altitudo verò DH ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex DI in GK; altitudo autem GH, & solidi Parallelepipedi, cuius basis Quadratum ex DB, altitudo verò DO ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Quadratum ex GB; altitudo autem GR.

Basi AC, altitudine verò DB describatur Conus ABC, rursusq; basi EF; altitudine autem GB describatur Conus EBF. Quoniam Conois, vel pondus Conoidis ABC ad portionem, vel pondus portionis EBF proportionem habet compositam ex rationibus Conoidis ABC ad Conum ABC, Coni ABC ad Conum EBF, & Coni EBF ad portionem EBF, vt est autem Conois ABC ad Conum ABC, ita est KD ad DI; Conus verò ABC ad Conum EBF in composita est proportione ex rationibus axis DB ad axim BG, & basis AC ad basim EF, hoc est Rectanguli ex HD in DB ad Rectangulum ex HG in GB; tandemque, vt Conus EBF ad portionem EBF, ita est IG ad GK, ergò Conois ABC ad portionem EBF in cõposita est proportione ex rationibus KD ad DI, DB ad BG, Rectanguli ex HD in DB ad Rectangulum ex HG in GB, & IG ad GK, habet autem Rectangulum ex HD in DB ad Rectangulum ex HG in GB proportionem compositam ex proportionibus DH ad HG, & DB ad BG, ergo Conois ABC ad portionem EBF in composita est proportione ex rationibus KD ad DI, DB ad BG, DH ad HG, DB ad BG, & IG ad GK, hoc est ex rationibus KD ad DI, IG ad GK, DH ad HG, & Quadrati ex DB ad Quadratum ex BG. Quoniam itaq; momentum ponderis Conoidis ABC ad momentum ponderis portionis EBF proportionem habet compositam ex rationibus Conoidis, vel eius ponderis ABC ad portionem, vel eius pondus EBF, & longitudinis DO ad longitudinem GR (sunt etenim O, & R grauitatis centra Conoidis ABC, & portionis EBF) ergo momentum ponderis Conoidis ABC ad momentum ponderis Conoidis EBF proportionem habet compositam ex rationibus KD ad DI, IG ad GK, DH ad HG Quadrati ex DB ad Quadratum ex BG, & DO ad GR, sed rationes KD ad DI, IG ad GK, & DH ad HG proportionem componunt Parallelepipedi, cuius basis rectangulum ex KD in IG;

alti-


altitudo verò DH ad Parallelepipedum, cuius basis rectangulum ex DI in Gk; altitudo autem HG, rationes verò Quadrati ex DB ad Quadratum ex BG, & rectæ DO ad rectam GR proportionem componunt Parallelepipedi, cuius basis Quadratum ex DB; altitudo verò DO ad Parallelepipedum, cuius basis Quadratum ex GB; altitudo autem GR, ergò momentum ponderis Conoidis ABC ad momentum ponderis portionis EBF in composita est proportione ex proportionibus Parallelepipedi, cuius basis Rectangulum ex kD in IG; altitudo verò DH ad Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex DI in Gk; altitudo autem HG, & Parallelepipedi, cuius basis Quadratum ex DB; altitudo verò DO ad Parallelepipedum, cuius basis Quadratum ex GB, altitudo autem GR. Quod erat, &c.

PROP. CXIII.

De Solidis Hyperbolicis.

SOlidi Hyperbolici resistentia ad resistentiam portionis abscissæ eam habet proportionem, quam axis Hyperbolæ genitricis, ad axim Hyperbolæ genitricis abscissæ portionis.

Esto solidum Hyperbolicum ABCDEF, cuius genitrix Hyperbola BCF eius axis GH, abcissa ex solido ABCDEF portio IKCDLM, cuius genitrix Hyperbola KCM, eiusq; axis HN.



Aio resistentiam solidi ABCDEF ad resistentiam portionis IKCDLM in eadem esse ratione, in qua axis GH ad axim HN.

Resistentiam solidi ABCDEF æquet O; resistentiam verò solidi IKCDLM

CDLM æquet P. Quoniam momentum ponderis O ad momentum ponderis P, hoc est momentum resistentiæ solidi ABCDEF ad momentum resistentiæ solidi IkCDLM proportionem habet compositam ex rationibus ponderis O ad pondus P, & longitudinis GC ad longitudinem CN, rursusq; proportionem habet compositam ex rationibus basis EB ad basim kL, hoc est rectæ BF ad rectam kM, seu BG ad kN, & eiusdem BG ad kN; proindeq; in eadem ratione est, in qua Quadratum ex BG ad Quadratum ex kN, Rectangulum scilicet HGC ad Rectangulum HNC; est autem Rectangulum HGC ad Rectangulum HNC in compositâ proportione ex proportionibus GH ad HN, & GC ad CN, ergò ratio composita ex rationibus O ad P, & GC ad CN eadem est cum composita proportione ex proportionibus GH ad HN, & GC ad CN, ideoque, vt O ad P, hoc est resistentia solidi ABCDEF ad resistentiam portionis IkCDLM, ità est GH ad HN. Quod erat, &c.

PROP. CXIV.

De Hemisphærijs, & Hemisphæroidibus.

HEmisphęrij, & Hemisphæroidis momentum ponderis æquale est momento ponderis ex proprio vertice pendentis, eam ad pondus dati solidi habentis rationem, quam tria ad octo.


Palam est hoc ex 8. propositi. huius; Hemisphęrij enim, & Hemisphęroidis centrum grau. axim ità diuidit, vt pars, quæ est ad basim sit ad integrum axim in prædicta proportione.

PROP. CXV.

HEmisphęrij, & Hemisphæroidis resistentia ad resistentiam portionis abscissæ in eadem est proportione, in qua Rectangulum ex axe Hemisphærij, vel Hemisphæroidis in diametrum suę basis ad Rectangulum ex eodem axi, vna cum reliquo axe Hemisphærij, vel Hemisphæroidis, dempto axe portionis, in diametrum basis portionis.

Esto

Esto solidum, &c. ABC, cuius basis AC, axis BD, portio EBF, eius basis EF axis BG, DG autem reliquum axis DB, dempto axe BG. Aio resistentiam solidi ABC ad resistentiam solidi EBF in eadem esse ratione, in qua Rectangulum ex BD in AC ad Rectangulum ex BD, vna cum DG in EF.




Resistentiam solidi ABC æquet H, resistentiam verò solidi EBF æquet I, extensoque axi BD ad partes D, sumatur DN equalis DB. Quoniam momentum ponderis H ad momentum ponderis I, hoc est momentum resistentię solidi ABC ad momentum resistentiæ solidi EBF, Cubus scilicet ex AC ad Cubum ex EF, proportionem habet compositam ex rationibus ponderis H ad pondus I, & longitudinis DB ad longitudinem BG, rursusq; in composita est proportione ex rationibus basis AC ad basim EF, Quadrati scilicet ex AD ad Quadratum ex EG, hoc est Quadrati ex ND, vel DB ad Rectangulum ex NG, in GB, ex BG scilicet in GN, & diametri AC ad diametrum EF, estque Quadratum ex BD ad Rectangulum ex BG in GN in composita proportione ex rationibus DB ad BG, & DB ad GN, seu BD, simul cum DG, ergò pondus H ad pondus I, hoc est resistentia solidi ABC ad resistentiam solidi EBF, proportionem habet compositam ex rationibus BD ad BDG, & AC ad EF, eamdem scilicet, quam Rectangulum ex BD in AC ad Rectangulum ex BDG in EF. Quod erat, &c.

ALI-

ALITER.

QVoniam solida ABC, EBF inæqualium sunt basium, & longitudinum, ergò resistentia solidi ABC ad resistentiam solidi EBF proportionem habet compositam ex rationibus Cubi ex diametro basis AC ad Cubū ex diametro basis EF, & lō gitudinis GB ad longitudinem BD. Rursus quoniam proportio Cubi ex AC ad Cubum ex EF componitur




ex rationibus Quadrati ex AD ad Quadratum ex EG, Quadrati scilicet ex DB ad Rectangulum ex GB in BDG, & diametri AC ad diametrum EF; est autem Quadratum ex BD ad Rectangulum ex GB in BDG in composita proportione ex proportionibus DB ad BG, & DB ad BDG, ergò resistentia solidi ABC ad resistentiam solidi EBF proportionem habet compositam ex rationibus DB ad BG, GB ad BD, DB ad BDG, hoc est ex rationibus DB ad BDG, & AC ad EF, eamdem scilicet, quam Rectangulum ex BD in AC ad Rectangulum ex BDG in EF. Quod erat, &c.

PROP. CXVI.

HEmisphærij, & Hemisphæroidis momentum ponderis ad momentum ponderis abscissæ portionis eam habet proportionem, quam solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex duplo axis in axim Hemisphærij, vel Hemisphæroidis; altitudo verò tres octauæ partes eiusdem axis ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex duplo axis Hemisphærij, vel Hemisphęroidis, simul cum axis segmento basibus Hemisphęrij, vel Hemisphæroidis, & abscissæ portionis intercepto, in tertiam proportionalem inter axis Hemisphærij, vel Hemisphæroidis, & axim portionis; altitudo autem segmentum axis portionis, cuius reliquum dimidij axis portionis, simul cum illo segmento axis portionis, quod puncto intercipitur axim portionis bi-

bifariam diriniente; alioque puncto axim portionis, et quartam ad partes verticis axis Hemisphærij, vel Hemisphæroidis partem ità secante, vt segmentum axis portionis ad partes basis, vnà cum quarta parte reliqui ex axe Hemisphærij, vel Hemisphæroidis, dempto axi portionis, ad segmentum quartæ partis axis Hemisphærij, vel Hemisphæroidis ad partes basis eamdem habeat proportionem, quam Cubus ex axe Hemisphærij, vel Hemisphæroidis ad Cubum ex reliquo eiusdem axis, dempto axe portionis, cuius inquam reliquum dimidij axis portionis, simul cum illo segmento axis portionis, &c., ad idem segmentum axis portionis, &c. in eadem ratione sit, in qua Hemisphærij, vel Hemisphæroidis axis Quadratum ad Rectangulum ex axe portionis in reliquum axis Hemisphærij, vel Hemisphæroidis, vnà cum duabus tertijs Quadrati ex axe portionis.

Esto Hemisphærium, vel Hemisphæroeis ABC, cuius basis AC, axis DB, eius duplum EB, tres octauæ partes DF, abscissa portio GBH, eius axis BI, axis dimidium IK, LB tertia proportionalis inter DB, & BI, BM quarta pars axis DB, IN quarta pars segmenti DI, reliqui scilicet ex axe DB, dempto BI, secetq; punctum O axim DB ità, vt NO ad OM in eadem sit proportione, in qua Cubus ex BD ad Cubum ex DI, tandemque KP sumatur tale segmentum axis BI, vt, simul cum segmento KO, ad segmentum KO sit in eadem proportione, in qua est Quadratum ex DB ad Rectangulum ex BI in ID, vnà cum duabus tertijs Quadrati ex IB. Aio momentum ponderis ABC ad momentum ponderis GBH in eadem esse ratione, in qua solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex EB in BD; altitudo verò DF ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex summa BE, & DI in BL; altitudo autem IP.



Basi AC, axi DB describatur Conus ABC, rursusque basi HG, axi

L BI

BI describatur Conus GBH. Et quoniam Hemisphærium, vel Hemisphærois ABC ad sui portionem GBH proportionem habet compositam ex rationibus Hemisphærij, vel Hemisphæroidis ABC ad Conum ABC, Coni ABC ad Conum GBH, & Coni GBH ad portionem GBH; est autem, vt Hemisphærium, vel Hemisphærois ABC ad Conum ABC, ità BE ad ED; Conus autem ABC ad Conum GBH in composita est proportione ex rationibus basis AC ad basim GH, Rectanguli scilicet ex ED in DB ad Rectangulum ex EI in IB, & axis DB ad axim BI, & Conus denique GBH ad portionem GBH in eadem ratione est, in qua IE ad EB, simul cum DI, ergò Hemisphærium, vel Hemisphærois ABC ad sui portionem ABC proportionem habet compositam ex rationibus BE ad ED, Rectanguli ex ED in DB ad Rectangulum ex EI in IB, DB ad BI, & IE ad EB, simul cum DI, hoc est ex rationibus BE ad ED, DE ad EI, IE ad EB, simul cum DI, & Quadrati ex DB ad Quadratum ex BI, DB videlicet ad BL, sed ex rationibus BE ad ED, DE ad EI, & IE ad EB, simul cum DI, ratio componitur BE ad EB, simul cum DI, ergò Hemisphærium, vel Hemisphærois ABC ad portionem GBH proportionem habet compositam ex proportionibus BE ad EB, simul cum DI, & DB ad BL. Quoniam itaq; momentum ponderis Hemisphærij, vel Hemisphæroidis ABC ad momentum ponderis portionis GBH in composita est proportione ex rationibus Hemisphærij, vel Hemisphæroidis ABC, ad portionem GBH, & rectæ DF ad rectam IP (est enim punctum F centrum grauitatis Hemisphærij, vel Hemisphęroidis ABC; P verò centrum grau. portionis GBH) ergò momentum ponderis Hemisphęrij, vel Hemisphæroidis ABC ad momentum ponderis abscisiæ portionis GBH proportionem habet compositam ex rationibus BE ad EB, simul cum DI, DB ad BL, & FD ad IP, eamdem scilicet, quam solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex EB in BD, altitudo verò FD ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex EB, simul cum DI in BL, altitudo autem IP. Quod erat, &c.


PROP.

PROP. CXVII.

De Solidis Semicircularibus, vel Semiellypticis.

SOlidi Semicircularis, vel Semiellyptici reſiſtentia ad reſiſtentiam portionis abſciſſæ in eadem eſt proportione, in qua axis figuræ genitricis ad ſemetipſum, ſimul cum reliquo ſui, dempto axi figuræ genitricis abſciſſæ portionis.

Eſto ſolidum Semicirculare, vel Semiellypticum ABCDEF, cuius portio GHCDIK, figura genitrix BCF, eius axis CL, figura genitrix portionis HCk, eius axis CM, reliquum axis LC, dempto axi CM, ML. Aio reſiſtentiam ſolidi ABCDEF ad reſiſtentiam ſolidi GHCDIk, in eadem eſſe ratione, in qua LC ad CL, ſimul cum LM.



Extendatur axis CL ad partes L, ſeceturque LN æqualis CL; deindè verò reſiſtentiam ſolidi ABCDEF æquet O, reſiſtentiam autē ſolidi GHCDIK æquet P. Quoniam momentum ponderis O ad momentum ponderis P, hoc eſt momentum reſiſtentiæ ſolidi ABCDEF ad momentum reſiſtentiæ ſolidi GHCDIk, Quadratum ſcilicet ex BL ad Quadratum ex HM, ſiuè Rectangulum ex NL in LC, ad Rectangulum ex NM in MC, proportionem habet compoſitam ex proportionibus ponderis O ad pondus P, & longitudinis LC ad longitudinem CM; rurſuſque proportionem habet compoſitam ex rationibus LN ad NM, & LC ad CM, ergò, vt pondus O ad pondus P, reſiſtentia videlicet ſolidi ABCDEF, ad reſiſtentiam ſolidi GHCDIk, ita eſt LN, ſeù LC ad NM, CL ſcilicet, ſimul cum LM. Quod erat, &c.

PRIMI LIBRI FINIS.

DE RESISTENTIA SOLIDORVM


ALEXANDRI MARCHETTI

LIBER SECVNDVS.

PROP. I.

SI ex quatuor longitudinibus, quarum binæ simul binis æquales grauia pendeant æquiponderantia, erit primum cum secundo ad tertium cum quarto incomposita proportione ex rationibus longitudinis secundæ ad primam, & quartæ ad tertiam.

Ex longitudinibus AB, BC, DE, & EF, quarum binæ simul AB, & BC æquales binis DE, & EF, pendeant Grauia æquiponderantia G, H, I, K.



Aio summam Grauium I, & H ad summam Grauium I, & k in ratione esse compositam ex rationibus longitudinis DE ad longitudinem AB, & EF ad BC. Quoniam Grauia G, H, I, k, sunt æqualium momentorum, erit Graue G ad H, vt longitudo CB ad BA, & coniungendo GH ad H

G. H. I. K. æquiponderantia. Ergo erunt

G : H :: I : K :: 1 : AB :: 1 : CB :: 1 : ED :: 1 : EF. Ergo G + H : I, K :: 1 : AB + 1 : CB :: ED : 1 : ED + 1 : EF

Seu G + H : I + K :: CB + BA : CB . AB :: DE + EF : ED . EF et quia CB + BA æqu. DE + EF


si mutuo ducant, et fiat: G + H : I + K :: DE . FE : AB . CB. quod est theorema pulchrum

ad H, vt CA ad AB; prætereaq;, vt H ad k, ità EF ad BC, vt I ad k, ita FE ad ED, & coniungendo, & inuertendo, vt k ad k, I, ità ED ad DF. G, H igitur ad I, k in ratione erunt composita ex proportionibus CA ad AB, FE ad BC, & ED ad DF, hoc est ex rationibus ED ad DF, hoc est AC, CA ad AB, & EF ad BC; sed ex rationibus ED ad AC, & CA ad AB ratio componitur DE ad AB, ergo Grauia G, H ad Grauia I, k proportionem habent compositam ex proportionibus DE ad AB, & EF ad BC. Quod erat, &c.

PROP. II.

SI vbicumque secetur solidum planis basi æquidistantibus, figuræ genitæ similes fuerint, & similiter positæ, primo autem parieti infixum ex eo liberè promineat; deinde vero vtrisque terminis fulciatur, resistentia parieti infixi ad resistentiam vtrinque fulti, in medio axi, vel longitudine proportionem habet compositam ex proportionibus dimidiæ in integram longitudinem, & Cubi ex basis latere, vel diametro ad Cubum ex homologo latere, vel diametro figuræ genitæ ex sectione solidi plano educto per medium axim, & basi solidi æquidistante.

Esto solidum, &c. ABCDE, cuius basis ABED, longitudo DC, eius dimidium DF, eductum per F planum, &c. FGHI latera homologa, vel diametri basis ABED, & plani FGHI, AD, & FG.



Aio resistentiã solidi ABCDE parieti infixi ad resistentiam in F eiusdem vtrinque fulti, in D videlicet, & in C, in ratione esse composita ex proportionibus FD ad DC, & Cubi ex AD ad Cubum ex FG.

Basi ABED, altitudine vero DC tale solidum describatur ABKLMCDE, quod vbicunq; secetur plano, puta FNOP, basi ABED æquidistante simile sit, similiter positum, & æquale basi ABED.

De-


Deinde, quoniam, vt resistentia solidi ABKLMCDE parieti infixi ad resistentiam in puncto F eiusdem vtrinque fulti, ita est FD ad DC (dupla enim CD, DF) resistentia vero solidi ABKLMCDE in puncto F ad resistentiam solidi ABCDE in eodem puncto F proportionem habet compositam ex rationibus plani FNOP ad planum FGHI, & lateris, vel diametri NF ad sibi homologũ latus, vel diametrum FG; est autẽ, propter figurarũ similitudinem, vt planum FNOP ad planum FGHI, ita Quadratum ex NF ad Quadratum ex FG, ergo resistentia solidi ABKLMCDE, hoc est solidi ABCDE parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto F eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex proportionibus FD ad DC, & Cubi ex NF, hoc est AD, ad Cubum ex FG. Quod erat, &c.

PROP. III.

SI, vbicumq; secetur solidum planis basi æquidistantibus, figuræ genitæ similes fuerint, & similiter positæ; primò autem parieti infixum ex eo liberè promineat; deindè verò vtrisque terminis fulciatur, resistentia parieti infixi ad resistentiam vtrinq; fulti in quouis puncto solidi axis, vel longitudinem bifariam non dirimente, proportionem habet compositam ex proportionibus dimidiæ ad integram longitudinem, inæqualium seorsim longitudinis segmentorum ad longitudinis dimidium, & Cubi ex basis latere, vel diametro ad Cubum ex homologo latere, vel diametro figuræ genitæ ex sectione solidi plano educto per illud punctum, & basi solidi æquidistante.

Esto

Esto solidum, &c. ABCDE, cuius basis ABED, longitudo DC, eius dimidium FD, quodlibet in ea punctũ, &c. G, eductũ per ipsum planũ, &c., GHIK latera homologa, vel diametri basis ABED; & plani GHIK, AD, & HG. Aio resistentiam solidi ABCDE parieti infixi, &c. ad resistentiã in puncto G eiusdem solidi vtrinque fulti in composita esse ratione ex proportionibus FD ad DC, GD ad DF, GC ad CF, & Cubi ex AD ad Cubum ex HG.



id est GD ad DC

Si enim basi AB ED; altitudine verò DC describatur, vt in superiori tale solidum ABLMNCDE, quod, vbicumq; secetur plano, puta GOPQ, solidi basi ABED æquidistante simile sit, similiter positam, & æquale eidem basi ABED, quoniam, vt resistentia solidi ABLMNCDE parieti infixi ad resistentiam eiusdem vtrinque fulti in puncto F, ita est FD ad DC; resistentia verò in puncto F ad resistentiam in puncto G proportionem habet compositam ex rationibus GD ad DF, & GC ad CF, tandemq; resistentia solidi ABLMNCDE in puncto G ad resistentiam solidi ABCDE in eadem puncto G proportionem habet compositam ex rationibus plani GOPQ ad planum GHIK; & lateris, vel diametri OG ad sibi homologum latus, vel diametrum GH; est autem, propter figurarum similitudinem, vt planum GOPQ ad planum GHIK, ita Quadratum ex OG ad Quadratum ex GH, ergò resistentia solidi ABLMNCDE, hoc est solidi ABCDE parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto G eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex rationibus FD ad DC, GD ad DF, GC ad CF, & Cubi ex OG, hoc est AD ad Cubum ex HG. Quod erat, &c.

CO-


COROLL.

HInc nullo prorsus negotio patet, si, vbicumque secetur solidum planis basi, & sibi inuicem parallelis figuræ genitę similes fuerint, similiter positæ, & æquales inter se; primò autem parieti infixum, ex eo liberè promineat; deindè vero vtrisque terminis fulciatur, resistentiam parieti infixi, &c. ad resistentiam vtrinq; fulti in quouis puncto solidi axim, vel longitudinem bifariam non dirimente in ratione esse composita ex proportionibus dimidiæ ad integram longitudinem, & inæqualium seorsim longitudinis portionum ad longitudinis dimidium.

PROP. IIII.

SI, vbicumq; secetur solidum vtrinq; fultum planis basi æquidistantibus, figuræ genitæ similes fuerint, & similiter positæ, resistentiæ in ratione erunt composita ex rationibus reciprocis conterminalium longitudinis portionum, & directa Cuborum ex homologis lateribus, vel diametris earundem figurarum.

Esto solidum, &c. ABCDE, cuius longitudo AD, in eaq; data puncta F, & G, ac per ipsa educta plana, &c. FHIK, GLMN, quorum latera homologa, vel diametri HF, & LG. Aio solidi ABCDE resistentiam in F ad resistentiam in G in ratione esse composita ex rationibus, GA ad AF, GD ad DF, & Cubi ex HF ad Cubum ex LG.



Si enim basi FHIK; altitudine autem AD describatur, vt in superioribus, solidū AOPQRSDAT, extensoq; plano GLMN donec solidū dispescat AOPQRSDAT, oriatur figura GVXY, quæ proinde similis erit, similiter posita, & æqualis FHIK. Quoniam solidi AOPQRSDAT resistentia in F ad resistentiā in G proportio-

tionem habet compoſitam ex rationibus GA ad AF, & GD ad DF, eſtq; ſolidi AOPQRSDT reſiſtentia in puncto G ad reſiſtentiam ſolidi ABCDE in eodem puncto G in compoſita proportione ex rationibus figuræ GVXY ad ſibi ſimilẽ figurã GLMN, & lateris, vel diametri VG ad ſibi homologum latus, vel diametrũ GL; eſt autem, vt figura GVXY ad figuram GLMN, ita Quadratum ex VG ad Quadratum ex GL, ergo reſiſtentia ſolidi AOPQRSDT in puncto F, ſolidi ſcilicet ABCDE in eodem puncto F, ad reſiſtentiam in puncto G proportionem habet compoſitam ex rationibus GA ad AF, GD ad DF, & Cubi ex VG, vel HF ad Cubum ex LG. Quod erat, &c.


COROLL.

HInc nullo fere negotio elicitur, ſi, vbicumq; ſecetur ſolidũ, &c, figuræ genitæ æquales fuerint, ſimiles, & ſimiliter poſitæ, reſiſtentias in reciproca eſſe ratione Rectangulorum ex longitudinis portionibus.

PROP. V.

SI, vbicumq; ſecetur ſolidum planis baſi, æquidiſtantibus, figuræ genitæ rectangula fuerint Parallelogramma æqualium baſium, & altitudinum inæqualium; primo autem parieti infixum ex eo libere promineat; deinde vero vtriſque terminis fulciatur, reſiſtentia parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam vtrinque fulti in medio axi, vel longitudine in compoſita erit ratione ex rationibus dimidiæ ad integram longitudinem, & Quadrati ex baſis altitudine ad Quadratum ex altitudine Rectanguli geniti ex ſectione ſolidi plano educto per medium axim, vel longitudinem, & baſi ſolidi æquidiſtante.

Esto solidum, &c. ABCDEF, cuius basis ABFE, longitudo ED, eius dimidium EG, eductum per G planum, &c. GHIK, altitudines Rectãgulorum ABEF, & GHIK, AE, & HG. Aio resistentiã solidi ABCDEF parieti infixi ad resistentiam in puncto G eiusdem vtrinque fulti in



ratione esse composita ex rationibus GE ad ED, & Quadrati ex AE ad Quadratum ex HG.


Si n. basi ABFE; altitudine autẽ ED describatur, vt in superioribus solidum, &c. ABLCDEF, eadem methodo demonstrabitur resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi ad resistentiam in puncto G eiusdem vtrinque fulti proportionem habere compositam ex proportionibus GE ad ED, Rectanguli ABFE ad Rectangulum GHIK, & altitudinis AE ad altitudinem HG; est autem, propter basium æqualitatem, vt altitudo AE ad altitudinem HG, ita Rectangulum ABFE ad Rectangulum GHIK, ergo resistentia solidi ABCDEF parieti infixi ad resistentiam in puncto G eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex proportionibus GE ad ED, & Quadrati ex AE ad Quadratum ex HG. Quod erat, &c.

PROP. VI.

SI, vbicumque secetur solidum planis basi, & sibi inuicem parallelis, figuræ genitæ Rectangula fuerint Parallelogramma æqualium basium, & altitudinum inæqualium; primo autem parieti infixum ex eo liberè promineat; deindè verò vtrisque terminis fulciatur, resistentia parieti infixi, &c. ad resistentiam vtrinque fulti in quouis puncto solidi axim, vel longitudinem bifariam non dirimente in proportione erit composita ex rationibus dimidiæ ad integram longitudinem, inæqualium seorsim longitudinis portionum ad longitudinis dimidium, & Quadrati ex basis altitudine ad Quadratum ex altitudine Rectanguli

guli geniti ex sectione solidi plano educto per illud punctum, & basi solidi æquidistante.

Esto solidum, &c. ABCDEF, cuius basis ABFE, longitudo ED, eius dimidium EG, quodlibet in ea punctum, &c. H, per ipsum eductum planum HIKL. Aio resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti proportionem habere compositam ex proportionibus GE ad ED, HE ad EG, HD ad DG, & Quadrati ex AE ad Quadratum ex HI.




Si enim basi ABEF, altitudine verò ED describatur, vt in superioribus solidum ABMCDEF, &c., eadem methodo demonstrabitur resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti in composita esse ratione ex proportionibus GE ad ED, HE ad EG, HD ad DG, Rectanguli ABFE ad Rectangulum HIKL, & altitudinis AE ad altitudinem HI; est autem, propter basium æqualitatem, vt altitudo AE ad altitudinem IH, ita Rectangulum ABFE ad Rectangulum HIkL, ergo resistentia solidi ABCDE parieti infixi ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex proportionibus GE ad ED, HE ad EG, HD ad DG, & Quadrati ex AE ad Quadratum ex HI. Quod erat, &c.

PROP. VII.

SI, vbicumq; secetur solidum vtrinque fultum planis basi æquidistantibus, figuræ genitæ Rectangula fuerint Parallelogramma æqualium basium, & altitudinum inæqualium resistentiæ in composita erunt ratione ex rationibus conterminalium longitudinis portionum, & Quadratorum ex earumdem figurarum altitudinibus.

Esto solidũ,&c. ABCDEF, cuius basis ABFE, longitudo ED, data puncta G, & H, educta per ea Rectangula, &c. GIKL, HMNO, quorum altitudines IG, MH. Aio solidi ABCDEF vtrinque fulti resistentiam in G ad resistentiam in H in composita esse ratione ex proportionibus HE ad EG, HD ad DG, & Quadrati ex IG ad Quadratum ex MH.




Si enim basi GIkL, altitudine vero ED, describatur, vt in superioribus solidum, &c. EPQRCDF, eadem methodo demonstrabitur solidi ABCDEF resistentiam in puncto G ad resistentiam in puncto H in ratione esse composita ex rationibus HE ad EG, HD ad DG, Rectanguli GIKL ad Rectangulum HMNO, & altitudinis IG ad altitudinem MH, est autem propter basium æqualitatem, vt altitudo IG ad altitudinem MH, ita Rectangulum GIkL ad Rectangulum HMNO, ergo solidi ABCDEF resistentia in puncto G ad resistentiam in puncto H proportionem habet compositam ex rationibus HE ad EG, HD ad DG, & Quadrati ex IG ad Quadratum ex MH. Quod erat, &c.

PROP. VIII.
De Prismatibus, & Cilindris.

CIlindri, & Prismatis Parieti infixi, ex eoq; liberè prominentis resistentia ad resistentiam eiusdem vtrinq; fulti in quouis puncto solidi axim, vel longitudinem bifariam non dirimente eam habet proportionem, quam Rectangulum ex inæqualibus longitudinis portionibus ad duplum Quadrati ex longitudine dimidia.

Esto

Esto solidum, &c. ABCDEFGH, cuius longitudo AG, eius dimidium GI, datumque punctum k secans longitudinem AG in portiones inæquales, quarum maior Ak, minor autem kG. Dico resistentiam solidi ABCDEFGH parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto I eiusdem vtrinque sulti, &c. in ea 'em esse ratione, in qua Rectangulum ex Ak in kG ad duplum Quadrati ex GI.



Quoniam resistentia solidi ABCDEFGH parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto k eiusdem vtrinque sulti proportionem habet compositam ex rationibus IA ad AG, kA ad AI, & kG ad GI, hoc est ex rationibus kA ad AI, IA ad AG, & kG ad GI; rationes autem kA ad AI, & IA ad AG proportionem componunt kA ad AG, ergo resistentia solidi ABCDEFGH parieti infixi ad resistentiam in puncto k eiusdem vtrinque sulti in composita est proportione ex rationibus kA ad AG, & kG ad GI, in eadem scilicet, in qua Rectangulum ex Ak in kG ad Rectangulum ex AG in GI, duplum videlicet Quadrati ex GI. Quod erat, &c.

PROP. IX.

Cilindri, & Prismatis vtrinq; sulti resistentiæ in reciproca sunt ratione Rectangulorum ex longitudinis portionibus.


Constat hoc facilè ex coroll. prop. 4. huius.

PROP. X.
De Conis, & Pyramidibus.

Coni, & Pyramidis parieti infixę, &c. resistentia ad resistentiã in medio axi eiusdem vtrinque sultę in eadem est proportione, in qua basis dati solidi ad sibi similem figuram genitam ex sectione eiusdem solidi plano educto per medium axim, & basi solidi æquidistante.

Esto

Esto solidum, &c. ABC, cuius basis AC, axis BD, medius axis E, figura genita ex sectione plani educti per punctum E, &c. FG. Aio resistentiã solidi ABC parieti insixi, &c. ad resistentiam in puncto E eiusdem vtrinque fulti in eadem esse ratione in qua basis AC ad figuram FG.



Figurarum AC, FG sint diametri, vel homologa latera AC, FG. Quoniã resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto E eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex proportionibus EB ad BD, & Cubi ex AC ad Cubum ex FG, DB videlicet ad BE, & basis AC ad figuram sibi similem FG, sublatis ergò proportionibus EB ad BD, & DB ad BE, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis nihil in proportionum compositione addentem, vel subtrahentem, erit iam resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resistentiã in puncto E eiusdem vtrinq; fulti in eadem proportione, in qua basis AC ad figuram sibi similem FG. Quod erat, &c.

COROLL.


Hinc nullo ferè negotio elicitur Coni, & Pyramidis Parieti infixæ resistentiam ad resistentiam in medio axi eiusdem solidi vtrinque fulti in quadrupla esse proportione.

PROP. XI.

Coni, & Pyramidis parieti infixæ, &c. resistentia ad resistentiam eiusdem vtrinque fulti in quouis puncto solidi axim, vel longitudinem bifariam non dirimente in eadem est proportione, in qua Rectangulum ex longitudinis portione ad partes basis in integrã longitudinem ad Rectangulum ex longitudine dimidia in tertiam proportionalem inter integram longitudinem, & longitudinis portionem ad partes verticis.

Esto

Esto solidum,&c. ABCDE, cuius basis ABED, longitudo DC, eius dimidium FC, datumq; punctũ G longitudinẽ DC in duas dirimens portiones inæquales DG,& GC,quarum DG ad partes basis; GC autem ad partes verticis, tandemq; HC tertia proportionalis inter DC, & CG. Aio resistentiã solidi ABCDE parieti infixi,&c. ad resistentiã in puncto G eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua Rectangulum ex GD in DC ad Rectangulum ex FC in HC.




Ducto enim per punctum G plano GIKL parallelo, ideoque simili plano basis ABED, erunt iam AD, & IG latera homologa, vel diametri figurarum, &c. DB, & kG. Quoniam itaq; resistentia solidi ABCDE parieti infixi,&c. ad resistentiã in puncto G eiusdẽ vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex rationibus FD ad DC, GD ad DF, GC ad CF, & Cubi ex AD ad Cubum ex IG, hoc est rationibus GD ad DF, FD ad DC, Cubi ex DC ad Cubum ex CG, & GC ad CF, est autem Cubus ex DC ad Cubum ex CG in composita proportione ex proportionibus DC ad GC,& Quadrati ex DC ad Quadratum ex CG, DC videlicet ad CH, ergò resistẽtia solidi ABCDE parieti infixi,&c. ad resistentiã in puncto G eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex rationibus GD ad DF, FD ad DC, DC ad CG, DC ad CH, & GC ad CF, siuè ex rationibus GD ad DF, FD ad DC, DC ad CG, GC ad CF, & DC ad CH; rationes autem GD ad DF, FD ad DC, DC ad CG, GC ad CF proportionem componunt GD ad CF, ergò resistentia solidi ABCDE parieti infixi,&c. ad resistentiam in puncto G eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex proportionibus GD ad CF, & DC ad CH, eamdem scilicet, quam Rectangulum ex GD in DC ad Rectangulum ex FC in CH. Quod erat, &c.

PROP.

PROP. XII.

CONi, & Pyramidis vtrinq; fultæ reſiſtentia in puncto à vertice remotiori ad reſiſtentiam in proximiori eſt in eadem proportione, in qua Rectangulum ex maiori axis portione ad partes baſis in maiorem ad partes verticis ad Rectangulum ex minori ad partes baſis in tertiam proportionalem inter maiorem, & minorem ad partes verticis.

Eſto ſolidum, &c., cuius baſis AC, axis BD, data puncta E, & F, eductiſq; per ea planis GH, IK baſi AC æquidiſtantibus, quæ proinde vel erunt Circuli, vel figuræ inter ſe ſimiles, & ſimiliter poſitę, quarum latera homologa, vel diametri GH, & Ik fiat, iam, vt EB ad BF, ita FB ad BL. Aio ſolidi



ABC reſiſtentiam in puncto E ad reſiſtentiam in puncto F in eadem eſſe ratione, in qua Rectangulum ex DF in BE ad Rectangulum ex DE in BL.

Quoniam solidi, &c. ABC reſiſtentia in puncto E ad reſiſtentiam in puncto F proportionem habet compoſitam ex proportionibus FD ad DE, FB ad BE, & Cubi ex GH ad Cubum ex Ik, EB ſcilicet ad BF, & Quadrati ex EB ad Quadratum ex BF, EB videlicet ad BL, ergò ſolidi ABC reſiſtentia in E ad reſiſtentiam in F proportionem habet compoſitam ex rationibus FD ad DE, FB ad BE, EB ad BF, & EB ad BL, ſublatiſque proportionibus FB ad BE, & EB ad BF, vtpotè, quæ rationem componunt æqualitatis nihil in proportionum compoſitione addentem, vel ſubtrahentem, erit iam reſiſtentia in E ad reſiſtentiam in F in compoſita proportione ex proportionibus FD ad DE, & EB ad BL, in eadem ſcilicet, in qua Rectangulum ex FD in BE ad Rectangulum ex ED in BL. Quod erat, &c.


PROP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [114] - 96
PUBLIC DOMAIN

PROP. XIII.

SOlidi compositi ex duobus Conis, vel Pyramidibus similibus, similiter positis, & æqualibus, quarum basis communis, vertices verò ad partes oppositas, resistentia in medio axi ad resistentiam in quouis puncto solidi axim bifariam non dirimente in eadem est proportione, in qua Rectangulum ex maiori axis portione in axis dimidium, ad Quadratum ex portione axis minori.

Esto solidum, &c. ABCD, cuius axis AC, communis basis BD, medius axis E; F verò quodlibet punctũ præter E axis dimidium AE, maior portio FA, minor autem FC. Aio solidi ABCD resistentiam in E ad resistentiam in F in eadem esse ratione, in qua Rectangulum ex FA in AE ad Quadratum ex FC.




Ductum enim per pũctum F plano GH parallelo plano BD; patet iam BD, GH figuras esse inter se similes, & similiter positas, quarum latera homologa, vel diametri BD, & GH. Quoniã itaq; resistentia in puncto E ad resistentiam in puncto F proportionem habet compositam ex proportionibus FA ad AE, FC ad CE, & Cubi ex BD ad Cubum ex GH, hoc est Cubi ex EC ad Cubum ex CF, EC videlicet ad CF, & Quadrati ex EC ad Quadratum ex CF; sublatis ergò proportionibus FC ad CE, & EC ad CF, vt potè quæ rationem componunt æqualitatis nihil in proportionum compositione addentem, vel subtrahentem, resistentia in E ad resistentiam in F in ratione erit composita ex proportionibus FA ad AE, vel EC, & Quadrati ex EC ad Quadratum ex CF, bis videlicet EC ad CF, sed rationes FA ad EC, & EC ad CF proportionem componunt AF ad FC ergò resistentia in puncto E ad resistentiam in puncto F proportionem habet compositam ex rationibus AF ad FC, & EC ad CF, eamdem scilicet, quam Rectangulum ex FA in EC ad Quadra-

tum ex FC. Quod erat, &c.

PROP. XIV.

SOlidi compoſiti ex duobus Conis, vel Pyramidibus ſimilibus, ſimiliter poſitis, & æqualibus, quarum baſis communis; vertices verò ad partes oppoſitas reſiſtentiæ eam inter ſe habent rationem, quam ſolida Parallelepipeda, quorum baſes Quadrata ex minoribus, & directis axis portionibus; altitudines verò portiones maiores, & alternas eiuſdem axis.

Eſto ſolidum, &c. ABCD, cuius axis AC, communis baſis BD, data puncta E, & F, minores, & directæ axis portiones AE, & CF; maiores autem, & alternę AF, et CE. Aio ſolidi ABCD reſiſtentiã in E ad reſiſtentiam in F in eadem eſſe ratione, in qua ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Quadratum ex AE, altitudo autem AF ad ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Quadratum ex FC, altitudo vero CE.



Ductis enim per E, & F planis HI, KL æquidiſtantibus plano BD patet iam HI, KL, BD figuras eſſe inter ſe ſimiles, & ſimiliter poſitas, quarum latera homologa, vel diametri HL, KL, BD.


Quoniã igitur ſolidi ABC reſiſtentia in E ad reſiſtẽtiam in G proportionem habet compoſitam ex proportionibus GA ad AE, GC ad CE, & Cubi ex HI ad Cubum ex BD, reſiſtentia verò in G ad reſiſtentiam in F in compoſita eſt proportione ex rationibus FA ad AG, FC ad CG, & Cubi ex BD ad Cubum ex KL, ergò reſiſtentia ſolidi in E ad reſiſtentiam in F, proportionem habet compoſitam ex rationibus GA ad AE, GC ad CE, Cubi ex HI ad Cubum ex BD, FA ad AG, FC ad CG, & Cubi ex BD ad Cubum ex KL, hoc eſt ex rationibus GC ad CE, GA ad AE, Cubi ex EA ad Cubum ex AG, FA ad AG, FC ad CG, & Cubi ex GC ad Cubum ex CF, ſublatiſq; proportionibus GA ad AE, EA ad AG, FC ad CG, & CG ad CF, vtpotè rationes componentibus æqualitatis, erit

erit iam resistentia in E ad resistentiam in F in composita proportione ex rationibus GC ad CE, Quadrati ex EA ad Quadratum ex AG, binis scilicet rationibus EA ad AG, FA ad AG, & Quadrati ex GC ad Quadratum ex CF, binis videlicet proportionibus GC ad CF, hoc est ex rationibus EA ad AG, vel GC, GC ad CF, EA ad AG, vel GC, GC ad CE, FA ad AG, vel GC, & GC ad CF; sed rationes EA ad GC, & GC ad CF proportionem componunt AE ad FC; rationes verò EA ad GC, & GC ad CE rationem componunt AE ad EC, ac demum rationes FA ad GC, & GC ad CF proportionem componunt AF ad FC, ergò solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex proportionibus AE ad FC, AE ad EC, & AF ad FC, eamdem scilicet, quam Parallelepipedum, cuius basis Quadratum ex AE, altitudo autem AF ad Parallelepipedum, cuius basis Quadratum ex FC, altitudo verò CE. Quod erat, &c.

PROP. XV.
De Conoidibus Parabolicis.

COnoidis Parabolicæ parieti infixæ, &c. resistentia ad resistentiã in medio axi eiusdẽ vtrinq; fultæ in eadem est proportione, in qua basis diameter ad diametrum Circuli educti per mediũ axim, & basi solidi æquidistantis.

Esto solidum, &c. ABC, cuius axis BD, basis diameter AC, medius axis E, diameter circuli per punctum E, &c. FG. Aio, vt resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resistẽtiã in puncto E eiusdem vtrinque fulti, ita esse AC ad FG.




Quoniam resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resistentiã in puncto E eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex proportionibus EB ad BD, & Cubi ex AC ad Cubum ex FG, DB videlicet ad BE, & AC ad FG; sublatis igitur

proportionibus EB ad BD, & DB ad BE, vt potè rationem componentibus æqualitatis, erit iam, vt resistentia solidi ABC parieti infixi,&c. ad resistentiam in puncto E eiusdem vtrinque fulti, ità AC ad FG. Quod erat, &c.

PROP. XVI.

COnoidis Parabolicæ parieti infixæ,&c. resistentia ad resistentiã vtrinque fultæ in quouis puncto solidi axim, vel longitudinem bifariam non dirimente eam habet proportionem, quam Rectangulum ex axis portione ad partes basis in basis diametrum ad Rectangulum ex dimidio axis in diametrum Circuli educti per illud punctum, & basi solidi æquidistantis.

Esto solidum, &c. ABC, cuius axis BD, basis diameter AC, axis dimidium EB, datum punctum F, diameter circuli per ipsum ducti GH, portio axis ad partes basis DF, ad partes vertices FB. Aio resistentiã solidi ABC parieti infixi,&c. ad resistentiam in puncto F eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua Rectangulum ex FD in AC ad Rectangulum ex EB in GH.




Quoniam resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto F eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex proportionibus ED ad DB, FD ad DE, FB ad BE, & Cubi ex AC ad Cubum ex GH, DB videlicet ad BF, & AC ad GH, hoc est ex proportionibus FD ad DE, ED ad DB, DB ad BF, FB ad BE, & AC ad GH; rationes autem FD ad DE, ED ad DB, DB ad BF, & FB ad BE proportionem componunt FD ad BE, ergo resistentia solidi ABC parieti infixi ad resistentiam in puncto F eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex rationibus FD ad BE, & AC ad GH, eamdem scilicet, quam Rectangulum ex FD in AC ad Rectangulũ ex BE in GH. Quod erat,&c.

PROP.

PROP. XVII.

COnoidis Parabolicæ vtrinq; fultæ reſiſtentiæ ſunt inter ſe, vt Rectangula ex conterminis axis portionibus ad partes baſis in diametros circulorum per data puncta, & baſi ſolidi æquidiſtantium.

Eſto ſolidum, &c. ABC, cuius baſis AC, axis BD, data puncta E, & F, per eaque educti circuli, &c., quorum diametri GH, IK, axis conterminæ portiones ad partes baſis ED, & DF. Aio ſolidi ABC reſiſtentiam in E ad reſiſtentiam in F in eadem eſſe ratione, in qua Rectãgulum ex FD in GH ad Rectangulum ex ED in IK.




Quoniam ſolidi ABC reſiſtentia in puncto E ad reſiſtentiam in puncto F proportionem habet compoſitam ex rationibus FD ad DE, FB ad BE, & Cubi ex GH ad Cubum ex IK, EB videlicet ad BF, & GH ad IK; ſublatis ergo proportionibus FB ad BE, & EB ad BF, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam reſiſtentia in E ad reſiſtentiam in F in compoſita proportione ex rationibus FD ad DE, & GH ad IK, in eadem ſcilicet, in qua Rectangulum ex FD in GH ad Rectangulum ex ED in IK. Quod erat, &c.

PROP. XVIII.

SOlidi compoſiti ex duabus Conoidibus Parabolicis inter ſe ſimilibus, & æqualibus, quarum baſes communes; vertices autem ad partes oppoſitas, reſiſtentia in medio axi ad reſiſtentiam in quouis puncto axim bifariam non dirimente in eadem eſt proportione, in qua Rectangulum ex maiori axis ſegmento in communis baſis diametrum ad Rectangulum ex axis dimidio in diametrum

trum circuli educti per illud punctum, & basi communi æquidistantis.

Esto solidum, &c. ABCD, cuius axis AC communis basis, cuius diameter BD, medius axis E, datum punctum, &c. F, eductus per ipsum Circulus, &c. cuius diameter GA, axis dimidium AE, maius segmentum AF. Aio solidi ABCD resistentiam in E ad resistentiam in F in eadem esse ratione, in qua Rectangulum ex AF in BD ad Rectangulum ex AE in GH.




Quoniam solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex proportionibus FA ad AE, FC ad CE, & Cubi ex BD ad Cubum ex GH, EC videlicet ad CF, & BD ad GH, sublatis igitur proportionibus FC ad CE, & EC ad CF, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam resistentia in E ad resistentiam in F in composita proportione ex rationibus FA ad AE, & BD ad GH, in eadem scilicet, in qua Rectangulum ex FA in BD ad Rectangulum ex AE in GH. Quod erat, &c.

PROP. XIX.

SOlidi compositi ex duabus Conoidibus Parabolicis, &c. resistentię in binis punctis axim bifariam non dirimentibus eam habent proportionem, quam solida Parallelepipeda, quorum bases Rectangula ex dimidijs axis in maiores, & alternas axis portiones, altitudines verò diametri Circulorum per data puncta, & basi communi æqufdistantium.

Esto

Esto solidum, &c. ABCD, cuius axis AC, axis dimidium AE, vel EC, communis basis, cuius diameter BD, data puncta F, & G, maiores, & alternæ axis portiones AG, & CF, Circuli per F, & D, quorum diametri HI, & KL. Aio solidi ABCD resistentiã in F ad resistentiam in G in eadem esse ratione, in qua solidum Parallelepipedũ, cuius basis Rectangulum ex CE in AG; altitudo verò HI ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex AE in CF, altitudo autem KL.




Quoniam solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex rationibus FC ad CE, & BD ad HI, & inuertendo resistentia in F ad resistentiam in E in composita est proportione ex proportionibus EC ad CF, & HI ad BD, rursusq; resistentia in E ad resistentiam in G proportionem habet compositam ex rationibus GA ad AE, & BD ad KL, ergò solidi ABCD resistentia in F ad resistentiam in G in composita est proportione ex rationibus EC ad CF, HI ad BD, GA ad AE, & BD ad KL, hoc est ex rationibus EC ad CF, GA ad AE, HI ad BD, & BD ad KL, sed rationes HI ad BD, & BD ad kL. proportionem componunt HI ad kL; ergò solidi ABCD resistentia in F ad resistentiam in G proportionem habet compositam ex rationibus EC ad CF, GA ad AE, & HI ad KL, eamdem scilicet, quam solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex EC in AG; altitudo verò HI ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex AE in CF; altitudo autem KL. Quod erat, &c.

PROP. XX.
De Solidis Parabolicis.

SOlidi Parabolici parieti infixi, &c. resistentia resistentiæ in media longitudine eiusdem vtrinq; fulti æqualis est.

Esto

Esto solidum, &c. Parabolicum ABCDEF, cuius longitudo CG, eius dimidium CH. Aio solidi ABCDEF parieti infixi, &c. resistentiam resistentiæ in puncto H eiusdem solidi vtrinque fulti æqualem esse.




Ducto enim per punctum H plano IKLM Parallelo ABFE, patet iam IKLM, ABFE Rectangula esse Parallelogramma æqualium basium EF, IM, & altitudinum inæqualium BF, LM. Quoniam itaq; resistentia solidi ABCDEF parieti infixi ad resistentiam in H eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex rationibus HC ad CG, & Quadrati ex BF ad Quadratum ex LM, GC videlicet ad CH, rationes autem HC ad CG, & GC ad CH proportionem componunt æqualitatis, ergò resistentia solidi ABCDEF parieti infixi æqualis est resistentiæ iu puncto H eiusdem vtrinque fulti. Quod erat, &c.

PROP. XXI.

SOlidi Parabolici parieti infixi, &c. resistentia ad resistentiam eiusdem vtrinque fulti in quouis puncto solidi longitudinem bifariam non dirimente eam habet proportionem, quam portio longitudinis dato puncto, & basi solidi terminata ad longitudinis dimidium.

Esto

Esto solidum, &c. ABCDEF, cuius longitudo CG, quod libet in ea punctum, &c. H, longitudinis dimidium GI, vel IC, portio basi ABFE, & puncto H terminata HG. Aio resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua HG ad GI.




Ductis enim per I, & H planis KLMN, OPQR parallelis basi ABFE, quæ proinde erunt Rectangula æqualium basium NM, RQ, & altitudinum inæqualium LM, PQ.

Quoniam resistentia solidi ABCDEF parieti infixi, &c. hoc est resistentia in puncto I eiusdem vtrinque fulti ad resistentiam in puncto H proportionem habet compositam ex proportionibus HG ad GI, HC ad CI, & Quadrati ex LM ad Quadratum ex PQ, IC videlicet ad CH, sublatis igitur proportionibus HC ad CI, & IC ad CH, vtpotè rationem componentibus æqualitatis, erit iam resistentia solidi ABCDEF parieti infixi ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinque fulti in eadem proportione, in qua est HG ad GI. Quod erat, &c.

PROP. XXII.

Solidi Parabolici vtrinque fulti resistentiæ in reciproca sunt ratione portionum longitudinis ad partes basis,

Esto solidum Parabolicum, &c. ABCDEF, cuius longitudo CG, data puncta H, & I ex longitudine CG portiones ad partes basis dirimentia IG, & GH. Aio solidi ABCDEF resistentiam in H ad resistentiam in I in eadem esse ratione, in qua est IG ad GH.




Ductis enim per puncta H, I planis KLMN, & OPQR quę proinde erunt Rectangula æqualium basium NM, RQ, & altitudinum inæqualium LM, PQ. Quoniam solidi ABCDEF resistentia in punto H ad resistentiam in puncto I proportionem habet compositam ex rationibus IG ad GH, IC ad CH, & Quadrati ex LM ad Quadratum ex PQ, HC videlicet ad CI; sublatis ergò proportionibus IC ad CH, & HC ad CI, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit solidi ABCDEF resistentia in puncto H ad resistentiam in puncto I in eadem proportione, in qua est IG ad GH. Quod erat, &c.

PROP. XXIII.

SOlidi compositi ex duobus solidis Parabolicis similibus, & æqualibus, quorum basis communis, &c. resistentiæ in binis punctis solidi longitudinem in portiones diuidentibus inæquales resistentiæ sunt inter se, in reciproca proportione longitudinis portionum.

Esto

Esto solidum, &c. ABCD, cuius longitudo BC, data puncta E, & F. Aio solidi ABCD resistentiam in E ad resistentiam in F in eadem esse ratione, in qua est FB ad BE.



Secta enim BC bifariam in puncto G, ductisque per E, G, F planis erectis ad BC, quæ proindè erunt Rectangula HIKL, MNOP, QRST, quorum altitudines IK, NO, RS, quoniam solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in G in composita est proportione ex rationibus GB ad BE, GC ad CE, & Quadrati ex IK ad Quadratum ex NO, hoc est ex rationibus GB ad BE, GC ad CE, & EB ad BG, rursusq; quoniam resistentia in G ad resistentiam in F in composita est proportione ex rationibus FB ad BG, FC ad CG, & Quadrati ex NO ad Quadratum ex RS, hoc est ex rationibus FB ad BG, FC ad CG, & GC ad CF, ergo solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex rationibus GB ad BE, GC ad CE, EB ad BG, FB ad BG, FC ad CG, & GC ad CF, siue ex rationibus GB ad BE, EB ad BG, FB ad BG, vel CG, GC ad CE, FC ad CG, & GC ad CF, sublatisque rationibus GB ad BE, EB ad BG, FC ad CG, & GC ad CF, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam resistentia in E ad resistentiam in F in composita proportione ex rationibus FB ad CG, & GC ad CE, in eadem scilicet in qua est FB ad CE. Quod erat, &c.


PROP. XXIV.

De Conoidibus Hyperbolicis.

COnoidis Hyperbolicæ parieti infixę, &c. resistentia ad resistentiam in medio axi eiusdem vtrinq; fultæ eam habet proportionem, quam Rectangulum ex summa axis, & diametri transuersæ Hyperbolæ genitricis in basis diametrum ad Rectangulum ex summa transuersæ diametri, & axis dimidium in diametrum circuli

cuiꝰ educti per medium axim, & baſi ſolidi a quidiſtantis.

Eſto ſolidum, &c. ABC baſis, cuius diameter AC, axis BD, eius dimidium DE, vel EB, diameter Circuli educti per punctũ E, &c. FG, Hyperbolæ genitrix ABC, tranſuerſa illius diameter HB. Aio reſiſtentiam ſolidi ABC parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto E eiuſdem vtrinq; fulti in eadem eſſe ratione, in qua Rectangulum ex HD in AC ad Rectangulum ex HE in FG.




Quoniam reſiſtentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto E eiuſdem vtrinq; fulti proportionem habet compoſitam ex proportionibus EB ad BD, & Cubi ex AC ad Cubum ex FG, Rectanguli ſcilicet ex HD in DB ad Rectangulum ex HE in EB, & AC ad FG, hoc eſt ex rationibus EB ad BD, DB ad BE, DH ad HE, & AC ad FG, ſublatis igitur rationibus EB ad BD, & DB ad BE, vtpotè quæ rationem componunt æqualitatis, erit iam reſiſtentia ſolidi ABC parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto E eiuſdem vtrinq; fulti in compoſita proportione ex proportionibus DH ad HE, & AC ad FG, in eadem ſcilicet, in qua Rectangulum ex DH in AC ad Rectangulum ex HE in FG. Quod erat, &c.

PROP. XXV.

COnoidis Hyperbolicæ parieti infixæ, &c. reſiſtentia ad reſiſtentiam in quouis puncto axim bifariam non dirimente eam habet proportionem, quam ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex ſumma axis Conoidis, & diametri tranſuerſę Hyperbolæ genitricis in illam axis portionem, quæ puncto dato, & baſi ſolidi terminatur; altitudo verò baſis diameter ad ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex ſumma tranſuerſæ diametri, & axis portione, quæ dato puncto, & Conoidis vertice

tice intercipitur in Conoidis axis dimidium, altitudo autem diameter Circuli educti per datum punctum, & basi Conoidis æquidistantis.

Esto solidum, &c. ABC, eius axis DB, basis, cuius diameter AC, quodlibet in axe punctum E, axis dimidium DI, diameter Circuli per E educti FG, Hyperbola genitrix ABC, eius transuersa diameter BH. Aio resistentiam solidi ABC parieti infixi ad resistentiã in puncto E, eiusdẽ vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua solidum Parallelepipedum, cuis basis Rectangulũ ex HD, in DE; altitudo autem AC ad solidum Parallelepipedũ, cuius basis Rectangulum ex HE in DI; altitudo vero FG.




Educto enim per punctum I Circulo, cuius diameter KL, quoniam resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto I eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex rationibus DH ad HI, & AC ad KL; resistentia verò in puncto I ad resistentiam in puncto E in composita est proportione ex rationibus ED ad DI, EB ad BI, & Cubi ex KL ad Cubum ex FG, Rectanguli scilicet ex HI in IB ad Rectangulum ex HE in EB, & KL ad FG, ergò resistentia solidi ABC parieti infixi ad resistentiam in puncto E eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex proportionibus DH ad HI, AC ad KL, ED ad DI, EB ad BI, Rectanguli ex HI in IB ad Rectangulum ex HE in EB, & KL ad FG, hoc est ex rationibus AC ad KL, KL ad FG, DH ad HI, IH ad HE, IB ad BE, & EB ad BI. Sed ex rationibus AC ad KL, kL ad FG ratio componitur AC ad FG, rursusq; ex proportionibus DH ad HI, & IH ad HE proportio componitur DH ad HE, ergò resistentia solidi ABC parieti infixi, &c ad resistentiam in puncto E eiusdem vtrinque fulti proportionem habet compositam ex proportionibus AC ad FG, ED ad DI, IB ad BE, EB ad BI, & DH ad HE, sublatisq; proportionibus IB ad BE, & EB ad BI, vtpotè quæ proportionem componunt æqualitatis, erit iam resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resisten-

ſiſtentiam in puncto E eiuſdem vtrinq; fulti in compoſita proportione ex rationibus AC ad FG, ED ad DI, & DH ad HE, in eadem ſcilicet, in qua ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex HD in DE; altitudo autem AC ad ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex HE in DI; altitudo verò FG. Quod erat, &c.

PROP. XXVI.

COnoidis Hyperbolicæ vtrinq; fultæ reſiſtentiæ eam inter ſe habent rationem, quam ſolida Parallelepipeda, quorum baſes Rectangula ex ſummis directarum portionum axis ad partes verticis, & diametri tranſuerſæ Hyperbolæ genitricis in reciprocas axis portiones ad partes baſis; altitudines verò diametri circulorum per data puncta, & baſi ſolidi æquidiſtantium.

Eſto ſolidum, &c. ABC, cuius baſis AC, axis BD, data puncta E, & F, per eaq; educti circuli, &c., quorum diametri GH, IK, axis portiones ad partes verticis EB, FB, ad partes baſis FD, & DE, genitrix Hyperbola ABC, tandemq; tranſuerſa illius diameter LB. Aio ſolidi ABC reſiſtentiam in E ad reſiſtentiam in F in eadem eſſe ratione, in qua ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex LE in DF; altitudo verò GH ad ſolidum Parallelepipedũ, cuius baſis Rectangulum ex LF in DE, altitudo autem IK.



Quoniam ſolidi ABC reſiſtentia in E ad reſiſtentiam in F proportionem habet compoſitam ex rationibus FD ad DE, FB ad BE, & Cubi ex GH ad Cubum ex Ik, Rectanguli ſcilicet ex LE in EB ad Rectangulum ex LF in FB, & GH ad Ik, hoc eſt ex rationibus FD ad DE, FB ad BE, EB ad BF, EL ad LF, & GH ad Ik; ſublatis igitur proportionibus FB ad BE, & EB ad BF, vtpotè rationem componentibus æqualitatis, erit iam reſiſtentia in E ad re-

resistentiam in F in composita proportione ex proportionibus FD ad DE, EL ad LF, & GH ad Ik, in eadem scilicet, in qua solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex LE in FD; altitudo vero GH ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex LF in DE; altitudo autem IK. Quod erat, &c.

PROP. XXVII.

SOlidi compositi ex duabus Conoidibus Hyperbolicis, quarum basis communis; vertices vero ad partes oppositas resistentiæ eam inter se habent rationem, quam solida Parallelepipeda, quorum bases Rectangula ex diametris transuersis genitricium Hyperbolarum, vnà cum conterminis axis portionibus verticibus dati solidi, & circulis per data puncta directè terminatis, in portiones alternè ijsdem circulis, ijsdemq; verticibus interceptas eorumdem circulorum.

Esto solidum, &c. ABCD, cuius axis AC, data puncta E, & F, Hyperbolæ genitrices BAD, BCD, transuersæ earú diametri GA, CH, circuli per data puncta, quorum diametri Ik, LM, axis portiones directè circulis Ik, LM, verticibusq; AG terminatis AE, CF, alternè autem ijsdem circulis, ijsdemq; verticibus interceptæ AF, CE. Aio solidi ABCD vtrinque fulti resistentiam in E ad resistentiam in F in eadem esse ratione, in qua est Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex GA, simul cum AE, ex integra scilicet GE, in AF, altitudo autem Ik, ad Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex HC, vnà cum CF, ex tota videlicet HF, in CE; altitudo verò LM.



Diuiso enim axi CA bifariã in puncto N, extensoq; per N plano BD Parallelo Ik, LM, quoniam solidi ABCD vtrinq; fulti, resistentia in E ad resistentiam in N proportionem habet compositam ex rationibus NA ad AE, NC ad CE, & Cubi ex Ik ad Cubum ex BD,

BD, Rectanguli scilicet ex GE in EA ad Rectangulum ex GN in NA, & Ik ad BD, rursusque resistentia in N ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex proportionibus FA ad AN, FC ad CN Rectanguli ex HN in NC ad Rectangulum ex HF in FC, & BD ad LM, ergò solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex rationibus NA ad AE, NC ad CE, Rectanguli ex GE in EA ad Rectangulum ex GN in NA, Ik ad BD, FA ad AN, FC ad CN Rectanguli ex HN in NC ad Rectangulum ex HF in FC, & BD ad LM, hoc est ex rationibus NA ad AE, NC ad CE, EG ad GN, EA ad AN, Ik ad BD, FA ad AN, FC ad CN, NH ad HF, NC ad CF, & BD ad LM, siuè ex rationibus EG ad GN, NH ad HF, FA ad AN, NC ad CE, NA ad AE, EA ad AN, FC ad CN, NC ad CF, IK ad BD, & BD ad LM; sublatisq; rationibus NA ad AE, EA ad AN, FC ad CN, NC ad CF, vtpotè rationes componentibus æqualitatis, erit iam resistentia in E ad resistentiam in F in composita proportione ex rationibus EG ad GN, vel HN, NH ad HF, FA ad AN, hoc est CN, NC ad CE, Ik ad BD, & BD ad LM, sed rationes EG ad HN, & NH ad HF proportionem componunt GE ad HF; rationes verò FA ad CN, & NC ad CE rationem componunt FA ad CE, tandemq; proportiones Ik ad BD, & BD ad LM rationem componunt Ik ad LM, ergò solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in F in composita est proportione ex rationibus GE ad HF, FA ad CE, & Ik ad LM, in eadem scilicet, in qua solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulũ ex GE in AF; altitudo autem Ik ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex HF in CE, altitudo vero LM. Quod erat, &c.


PROP. XXVIII.

De Solidis Hyperbolicis.

SOlidi Hyperbolici parieti infixi, &c. resistentia ad resistentiam eiusdem vtrinq; fulti in media longitudine eam habet proportionem, quam axis Hyperbolæ genitricis ad axim Hyperbolæ genitricis illius solidi portionis ad partes verticis, quæ plano abscinditur per mediam dati solidi longitudinem, & basi solidi æquidistante.

Esto

Esto solidum, &c. ABCDEF, cuius genitrix Hyperboles BCF, eius axis GH, media solidi longitudo I, planum, &c. per mediam longitudinem KLMN, abscissum ex dato solido segmentum,&c. KLCDNM, eius genitrix Hyperbola LCM,cuius axis HI. Aio resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi,&c.




ad resistentiam in puncto I eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua GH ad HI. Quoniam plana ABFE, & KLMN Rectangula sunt Parallelogramma æqualium basium EF, NM, & altitudinum inæqualium BF, LM, ergo resistentia solidi ABCDEF parieti infixi,&c.ad resistesttiam in puncto I eiusdē vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex rationibus IG ad GC, & Quadrati ex BF ad Quadratum ex LM, Rectanguli scilicet ex HG in GC ad Rectangulum ex HI in IC, hoc est ex rationibus IG ad GC, GC ad CI, & GH ad HI; sublatis igitur proportionibus IG ad GC, & GC ad CI, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam, vt resistentia solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto I eiusdem vtrinq; fulti, ità GH ad HI. Quod erat, &c.

PROP. XXIX.

SOlidi Hyperbolici parieti infixi, &c. resistentia ad resistentiam eiusdem vtrinq; fulti in quouis puncto solidi longitudinem bifariam non dirimente eam habet proportionem, quam Rectangulum ex axe Hyperbolæ genitricis in longitudinis portionem dato puncto, & basi solidi terminatam ad Rectangulum ex axe Hyperbolæ genitricis illius dati solidi segmenti ad partes verticis,quod plano abscinditur per datum punctum, & basi solidi æquidistante in longitudinis dimidium.

Esto solidum, &c. ABCDEF, cuius basis ABFE, datum punctum H, longitudinis dimidium GI, Hyperbola genitrix BCF, eius axis GK, longitudinis segmentum basi ABFG, & puncto H terminatū HG, planū, &c. per datum punctum HPQRS, portio solidi, &c. PQCDSR eius genitrix Hyperbola QCR, cuius axis KH. Aio resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua Rectangulum ex KG in GH ad Rectangulum ex KH in GI.



Ducto .n. per punctū I plano basi solidi æquidistante LMNO, patet iā ABFE, LMNO, PQRS Rectangula esse æqualium basium EF, ON, SR, & altitudinum inæqualium BF, MN, & QR, proindèq; resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto I eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua est GK ad KI, resistentiam vero in I ad resistentiam in H proportionem habere compositam ex rationibus HG ad GI, HC ad CI, & Quadrati ex MN ad Quadratum ex QR, Rectanguli scilicet ex KI in IC ad Rectangulum ex KH in HC, ideoq; resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti in composita esse ratione ex rationibus GK ad kI, HG ad GI, HC ad CI, & Rectanguli ex kI in IC ad Rectangulum ex KH in HC, Ik videlicet ad kH, & IC ad CH, siuè ex rationibus GK ad kI, Ik ad KH, HC ad CI, IC ad CH, & HG ad GI. Sublatis itaq; proportionibus HC ad CI, & IC ad CH, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam resistentia solidi ABCD parieti iufixi, &c. ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti in composita proportione ex rationibus Gk ad kI, Ik ad kH, & HG ad GI, sed rationes Gk ad kI, & Ik ad kH proportionem componunt Gk ad kH, ergò resistentia solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex rationibus Gk ad kH, & HG ad GI, eamdem scilicet, quam Rectangulum ex kG in GH ad Rectangulum ex kH in GI. Quod erat, &c.


PROP.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [132] - 114
PUBLIC DOMAIN

PROP. XXX.

SOlidi Hyperbolici vtrinq; fulti reſiſtentiæ eamdem habent proportionem quam Rectangula ex axibus genitricium Hyperbolarum illorum dati ſolidi ſegmentorum ad partes verticis, quæ planis abſcinduntur per data puncta, & baſi ſolidi æquidiſtantibus in alternas longitudinis ſegmenta ad partes baſis.

Eſto ſolidum, &c. ABCDEF, cuius baſis ABFE, longitudo CG, data puncta H, I, alternę longitudinis portiones ad partes baſis IG, & GH, plana per data puncta, &c. LMNO, PQRS, abſciſſa ex dato ſolido ſegmenta, &c. LMCDON, PQCDSR, Hyperbolæ eorum genitrices MCN, QCR, quarum axes Hk, & kI. Aio ſolidi ABCDEF reſiſtentiam in H ad reſiſtentiam in I in eadem eſſe ratione, in qua Rectangulum ex Hk in IG ad Rectangulum ex kI in GH.




Quoniam plana LMNO, PQRS Rectangula ſunt Parallelogramma æqualium baſium ON, SR, & altitudinum inæqualium MN, PQ, ergo ſolidi ABCDEF reſiſtentia in H ad reſiſtentiam in I proportionem habet compoſitam ex rationibus IG ad GH, IC ad CH, & Quadrati ex MN ad Quadratum ex QR, Rectanguli ſcilicet ex KH in HC ad Rectangulum ex kI in IC, hoc eſt ex rationibus IG ad GH, IC ad CH, HC ad CI, & Hk ad kI. Sublatis igitur rationibus IC ad CH, & HC ad CI, vtpotè rationem componentibus æqualitatis, erit iam reſiſtentia in H ad reſiſtentiam in I in compoſita proportione ex rationibus IG ad GH, & Hk ad kI, in eadem ſcilicet in qua Rectangulum ex HK in GI ad Rectangulum ex Ik in GH. Quod erat, &c.

PROP. XXXI.

SOlidi compoſiti ex duobus ſolidis Hyperbolicis ſimilibus, & æqualibus, quorum baſis communis, &c. reſiſtentiæ eam inter ſe habent rationem, quam Rectangula ex axibus genitricium Hyperbolarum illorum dati ſolidi ſegmentorum, quæ planis abſcin duntur eductis per data puncta, & communi baſi æquidiſtantibus in alternas longitudinis portiones.

Eſto ſolidum, &c. ABCD, cuius longitudo BC, communis baſis EFGH, data puncta M, N, alternæ longitudinis portiones BN, CM, plana per data puncta, &c. OPQR, STVX, abſciſſa ex dato ſolido ſegmenta, &c. RABOPQ, XSTCDV, eorũ Hyperbolę genitrices QBP, TCV, quarum axes IM, kN. Aio ſolidi ABCD reſiſtentiam in M ad reſiſtentiam in N in eadem eſſe ratione, in qua Rectangulum ex IM in BN ad Rectangulum ex kN in CM.



Quoniam plana OPQR, EFGH Rectangula ſunt Parallelogramma æqualium baſium RQ, HG, & altitudinum inæqualium PQ, & FG, ergò ſolidi ABCD vtrinq; fulti reſiſtentia in M ad reſiſtentiã in L proportionem habet compoſitam ex rationibus LB ad BM; LC ad CM, & Quadrati ex PQ ad Quadratum ex FG, Rectanguli ſcilicet ex IM in MB ad Rectangulum ex IL in LB, hoc eſt ex rationibus LB ad BM, LC ad CM, MI ad IL, & MB ad BL. Rurſus quoniam EFGH, STVX Rectangula ſunt Parallelogramma æqualium baſium HG, XV, & altitudinum inæqualium FG, & TV, ergo ſolidi ABCD, &c. reſiſtentia in L ad reſiſtentiam in N in compoſita eſt proportione ex rationibus NB ad BL, NC ad CL, & Quadrati ex FG ad Quadratum ex TV, ſiuè Rectanguli ex kL in LC ad Rectangulum ex kN in NC, hoc eſt rationibus NB ad BL, NC ad CL, Lk ad kN, & LC ad CN. Solidi itaque ABCD reſiſtentia in M ad reſiſtentiam in N proportionem habet compoſitã ex rationibus LB ad BM, LC ad CM, MI ad IL, MB ad BL, NB

ad


ad BL, NC ad CL, Lk ad kN, & LC ad CN, siuè ex rationibus MI ad IL, hoc est kL, Lk ad kN, NB ad BL, vel CL, LC ad CM, LB ad BM, MB ad BL, NC ad CL, & LC ad CN, sublatisq; rationibus LB ad BM, MB ad BL, NC ad CL, & LC ad CN, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis erit solidi ABCD resistentia in M ad resistentiam in N in composita proportione ex rationibus MI ad KL, LK ad kN, NB ad CL, & LC ad CM; sed rationes MI ad kL, & Lk ad kN proportionem componunt I M ad kN; rationes verò NB ad CL, & LC ad CM proportionem componunt NB ad CM, ergò solidi ABCD resistentia in M ad resistentiam in N proportionem habet compositam ex rationibus IM ad kN, & NB ad CM, eamdem scilicet, quam Rectangulum ex IM in BN ad Rectangulum ex kN in CM. Quod erat, &c.

PROP. XXXII.

De Hemisphærijs, & Hemisphæroidibus.

HEmisphærij, & Hemisphæroidis parieti infixę, &c. resistentia ad resistentiam in medio axi eiusdem vtrinq; fultę eamdem habet proportionem, quam Rectangulum ex axi in basis diametrum ad Rectangulum ex axis sequialtera in diametrum circuli educti per medium axim, & basi solidi æquidistantis.

Esto solidum, &c. ABC, basis, cuius diameter AC, axis BD, eius dimidium DE, medius axis E, circulus per medium axim, cuius diameter FG, exrensoq; axi BD ad partes D, sectaq; DH æquali BD, ità vt HE sesquialtera sit axis BD. Aio resistentiam solidi ABC parieti infixi, &c.



ad resistentiã in puncto E eiusdẽ vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua Rectangulũ ex BD in AC ad Rectangulũ ex HE in FG.

Quoniam resistentia solidi ABC parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto E eiusdem vtrinq; fulti proportionem habet compositam ex proportionibus EB ad BD, & Cubi ex AC ad Cubum ex FG, Rectanguli scilicet ex HD in DB ad Rectangulum ex HE in EB, & AC ad FG, hoc est ex rationibus EB ad BD, DH


ad

ad HE, DB ad BE, & AC ad FG, siuè ex rationibus DH ad HE, EB ad BD, DB ad BE, & AC ad FG; sublatis igitur proportionibus EB ad BD, & DB ad BE, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam resistentia solidi ABC parieti infixi &c. ad resistenriam in puncto E eiusdem vtrinq; fulti in composita proportione ex rationibus DH ad HE, & AC ad FG, in eadem scilicet, in qua Rectangulum ex DH, vel BD in AC ad Rectangulum ex HE in FG. Quod erat, &c.

PROP. XXXIII.

HEmisphærij, & Hemisphæroidis parieti infixę, &c. resistentia ad resistentiã vtrinq; fultę in quouis pũcto solidi axim, seù longitudinẽ bifariã non dirimente, eã habet proportionẽ, quã Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex axi solidi in axis portionem, quæ dato puncto, & basi solidi terminatur; altitudo verò diameter eiusdem basis ad Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex summa axis, & prędictæ axis portionis in axis dimidiũ; altitudo autem diameter circuli educti per illud punctum, & basi solidi æquidistantis.

Esto solidum, &c. ABC, basis, cuius diameter AC, axis BD, eius dimidium DE, vel EB, medius axis E, quodlibet punctum, &c. F; portio axis solidi basi, & puncto F terminata FD, circulus per F, &c. cuius diameter GH. Aio solidi ABC parieti infixi resistentiam ad resistentiã in puncto F eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex BD in DF, altitudo autem AC ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex BD, simul cum DF, in DE, altitudo vero GH.



Extenso enim axe BD ad partes D, secta I æquali BD, eductoque per punctum E circulo, &c. cuius diameter kL, quoniam solidi ABC parieti infixi, &c. resistentia ad resistentiam in puncto E eius-


iuſdem vtrinq; fulti proportionem habet compoſitam ex rationibus DI ad IE, & AC ad kL; reſiſtentia verò in puncto E ad reſiſtentiam in puncto F in compoſita eſt proportione ex proportionibus FD ad DE, FB ad BE; & Cubi ex kL ad Cubum ex GH, Rectanguli ſcilicet ex IE in EB ad Rectangulum ex IF in FB, & kL ad GH, hoc eſt ex rationibus FD ad DE, FB ad BE, EI ad IF, EB ad BF, & kL ad GH, ergò reſiſtentia ſolidi ABC parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto F eiuſdem vtrinq; fulti proportionem habet compoſitam ex rationibus DI ad IE, AC ad KL, FD ad DE, FB ad BE, EI ad IF, EB ad BF, & kL ad GH, hoc eſt ex rationibus DI ad IE, EI ad IF, FD ad DE, FB ad BE, EB ad BF, AC ad kL, & kL ad GH, ſublatiſq; rationibus FB ad BE, & EB ad BF, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam reſiſtentia ſolidi ABC parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto F eiuſdem vtrinq; fulti in compoſita proportione ex rationibus DI ad IE, EI ad IF, FD ad DE, AC ad kL, & kL ad GH, ſed ex rationibus DI ad IE, & EI ad IF ratio componitur DI ad IF, rurſuſque ex rationibus AC ad kL, & kL ad GH ratio componitur AC ad GH, ergò reſiſtentia ſolidi ABC parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto F eiuſdem vtrinque fulti proportionem habet compoſitam ex proportionibus DI ad IF, FD ad DE, & AC ad GH, eamdem ſcilicet, quam ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex ID, vel BD in DF; altitudo autem AC ad ſolidum Parallelepipedum, cuius baſis Rectangulum ex IF in DE; altitudo verò GH. Quod erat, &c.

PROP. XXXIV.

HEmiſphærij, & Hemiſphæroidis vtrinq; fultę reſiſtentiæ eam inter ſe habent rationem, quam ſolida Parallelepipeda, quorum baſes Rectangula ex aggregatis axis, & directis axis portionibus in alternas portiones axis ad partes baſis; altitudines verò diametri circulorum per data puncta, & baſi ſolidi æquidiſtantium.

Eſto

Esto solidum, &c. ABC, cuius basis AC, axis BD, data puncta E, & F, circuli per E, & F, quorum diametri GH, IK, directæ axis portiones ad partes basis ED, & DF, alternæ FD, & DE, summa axis BD, & portionis DE, LE, summa eiusdem axis BD, & portionis DF, LF. Aio solidi ABC resistentiam in E ad resistentiam in F in eadem esse ratione, in qua solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex LE in DF; altitudo verò GH ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex LF in DE; altitudo autem IK.



Quoniam solidi ABC resistentia in E ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex rationibus FD ad DE, FB ad BE, & Cubi ex GH ad Cubum ex IK, Rectanguli scilicet ex LE in EB ad Rectangulum ex LF in FB, & GH ad Ik, hoc est ex rationibus FD ad DE, FB ad BE, EL ad LF, EB ad BF, & GH ad Ik, siuè ex rationibus EL ad LF, FD ad DE, FB ad BE, EB ad BF, & GH ad Ik; sublatis igitur proportionibus FB ad BE, & EB ad BF, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam solidi ABC resistentia in E ad resistentiam in F in composita proportione ex rationibus EL ad LF, FD ad DE, & GH ad Ik, in eadem scilicet, in qua solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex LE in FD, altitudo verò GH ad solidum Parallelepipedum, cuius basis Rectangulum ex LF in DE, altitudo autem kI. Quod erat, &c.


PROP. XXXV.

De Sphæris, & Sphæroidibus.

SPhæræ, & Sphæroidis vtrinq; fultæ resistentiæ sunt inter se, vt diametri circulorum æquidistantium per data puncta.

Esto

Esto solidum, &c. ABC, cuius axis AC, data puncta D, E, per eaque educti Circuli ad axim recti, proindeque paralleli, quorum diametri FG, & HI. Aio solidi ABC resistentiã in D ad resistẽtiã in E in eadẽ esse ratione, in qua diameter FG ad diametrũ HI. Quoniã resistentia solidi in D ad resistentiã solidi in E, proportionem habet compositam ex rationibus EA ad AD EC ad CD, & Cubi ex FG ad Cubum ex HI, hoc est Rectanguli ex AD in DC ad Rectangulum ex AE in EC, & FG ad HI, hoc est ex rationibus DA ad AE, DC ad CE, & FG ad HI, ergò resistentia in puncto D ad resistentiam in puncto E in ratione erit composita ex rationibus EA ad AD, DA ad AE, EC ad CD, DC ad CE, & FG ad HI, sublatisq; rationibus EA ad AD, DA ad AE, EC ad CD, & DC ad CE, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam, vt resistentia in puncto D ad resistentiam in puncto E, ità diameter FG ad diametrum HI. Quod erat, &c.




PROP. XXXVI.

De Solidis Semicircularibus, & Semiellypticis.

SOlidi Semicircularis, vel Semiellyptici parieti infixi, &c. resistentia ad resistentiam in media longitudine eiusdem vtrinq; fulti in subsesquialtera est proportione.

Esto solidum, &c. ABCDEF, cuius basis ABFE, longitudo CG, eius dimidium GH, sesquialtera HI, media longitudo punctum H. Aio, vt resistentia solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistẽtiam in puncto H eiusdẽ vtrinq; fulti ità esse CG ad IH.

Ducto enim per punctum H,




plano KLMN basi ABFE æquidistante; patet iam ABFE, kLMN Rectangula esse Parallelogramma æqualium basium EF, NM, & altitudinum inæqualium BF, & LM, proindèq; resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti in composita esse ratione ex rationibus HC ad CG, & Quadrati ex BF ad Quadratum ex LM, Rectanguli scilicet ex IG in GC ad Rectangulum ex IH in HC, hoc est ex rationibus HC ad CG, GI ad IH, & GC ad CH, sublatisque proportionibus HC ad CG, & GC ad CH, vtpotè rationem componentibus æqualitatis, erit iam, vt resistentia solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto H eiusdem vtrinq; fulti, ità GI, vel CG ad IH. Quod erat, &c.

PROP. XXXVII.

SOlidi Semicircularis, vel Semiellyptici parieti infixi, &c. resistentia ad resistentiam vtrinq; fulti in quouis puncto solidi longitudinem bifariam non dirimente eam habet proportionem, quam rectangulum Parallelogrammum ex solidi longitudine in longitudinis portionem dato puncto, & basi solidi intercepta ad rectangulum Parallelogrammum ex summa vtriusq; in longitudinis dimidium.

Esto solidum, &c. ABCDEF, cuius basis ABFE, longitudo CG, eius dimidium GH, datum punctum, &c. I, longitudinis portio puncto I, & basi ABFE, intercepta GI. Aio resistentiam solidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad resistentiam in puncto I eiusdem vtrinq; fulti in eadem esse ratione, in qua Rectangulum ex CG in GI ad Rectangulum ex summa CG, & GI in GH.



Extensa enim CG ad partes G, secta GK æqualis CG, ductisque per H, & I planis basi ABFE, æquidistantibus LMNO, PQRS, quę proindè erunt Rectangula æqualium basium ON, SR, & altitudinum inæqualium MN, QR, quoniam, vt resistentia solidi AB-


CDEF

CDEF parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto H eiuſdem vtrinq; fulti, ita eſt Gk ad kH, reſiſtentia verò in H ad reſiſtentiam in I proportionem habet compoſitam ex rationibus IG ad GH, IC ad CH, & Quadrati ex MN ad Quadratum ex QR, Rectanguli ſcilicet ex kH in HC ad Rectangulum ex KI in IC, hoc eſt ex rationibus IG ad GH, IC ad CH, Hk ad kI, & HC ad CI, ergò reſiſtentia ſolidi ABCDEF parieti infixi ad reſiſtentiã in puncto I eiuſdẽ vtrinq; fulti in cõpoſita eſt proportione ex rationibus GK ad kH, IG ad GH, IC ad CH, Hk ad kI, & HC ad CI, ſiuè ex rationibus Gk ad kH, HK ad kI, IG ad GH, IC ad CH, & HC ad CI, ſublatiſq; rationibus IC ad CH, & HC ad CI, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, reſiſtentia ſolidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto I eiuſdem vtrinq; fulti in cõpoſita erit ratione ex rationibus Gk ad kH, Hk ad kI, & IG ad GH, ſed rationes Gk ad kH, & Hk ad kI proportiònem componunt Gk ad kI, ergò reſiſtentia ſolidi ABCDEF parieti infixi, &c. ad reſiſtentiam in puncto I eiuſdem vtrinq; fulti in compoſita eſt proportione ex rationibus Gk ad kI, & IG ad GH, in eadem ſcilicet, in qua Rectangulum ex kG, hoc eſt CG, in GI ad Rectangulum ex kI, hoc eſt ſumma CG, & GI, in GH. Quod erat, &c.

PROP. XXXVIII.

SOlidi Semicircularis, & Semiellyptici vtrinque fulti reſiſtentiæ eam inter ſe habent rationem, quam rectangula Parallelogramma ex aggregatis longitudinis, & directas longitudinis portiones in portiones alternas ad partes baſis.

Eſto ſolidum, &c. ABCDEF, cuius baſis ABFE, longitudo CG, data puncta H, I, directæ longitudinis portiones ad partes baſis AB-FE, GH, & GI; alternæ autem IG, & GH, ſumma longitudinis CG, & portionis GI, kI. Aio ſolidi ABCDEF reſiſtentiam in H ad reſiſtentiam in I in eadem eſſe ratione, in qua Rectan-



gulum ex kH in GI ad Rectangulum ex kI in GH.


Ductis enim per H, & I planis basi ABFE, & sibi inuicem parallelis LMNO, PQRS, quæ proindè erunt Rectangula æqualium basium ON, SR, & altitudinum inæqualium MN, QR, quoniam solidi ABCDEF resistentia in H ad resistentiam in I proportionem habet compositam ex rationibus IG ad GH, IC ad CH, & Quadrati ex MN ad Quadratum ex QR, Rectanguli scilicet ex kH in HC ad Rectangulum ex KI in IC, hoc est rationibus IG ad GH, IC ad CH, Hk ad kI, & HC ad CI, siuè ex rationibus Hk ad kI, IG ad GH, IC ad CH, & HC ad CI; sublatis igitur proportionibus IC ad CH, & HC ad CI, vtpotè proportionem componentibus æqualitatis, erit iam solidi ABCDEF resistentia in H ad resistentiam in I in composita proportione ex rationibus Hk ad kI, & IG ad GH, in eadem scilicet, in qua Rectangulum ex kH in GI ad Rectangulum ex KI in GH, Quod erat, &c.

PROP. XXXIX.

De Solidis Circularibus, & Ellypticis.

SOlidi Ellyptici, & Circularis vtrinque fulti resistentiæ sunt vbiq; inter se æquales.

Esto solidum, &c. ABCD, cuius longitudo BC, data puncta E, & F. Aio solidi ABCD resistentias in E, & F æquales esse.



Ductis enim per E, & F, planis GHIk, LMNO, quæ proindè erunt Rectangula æqualium basium kI, ON, & altitudiuum inęqualium HI, MN, quoniam solidi ABCD resistentia in E ad resistentiam in F proportionem habet compositam ex rationibus FB ad BE, FC ad CE, & Quadrati ex HI ad Quadratum ex MN, Rectanguli scilicet ex BE in EC ad Rectangulum ex BF in FC, hoc est ex rationibus FB ad BE, FC ad CE, EB ad BF, & EC ad CF, siue ex rationibus FB ad BE, EB ad BF, FC ad CE, & EC ad CF; palam est autem eiusmodi proportiones proportionem compo-


ponere æqualitatis, ergò solidi ABCD resistentia in E æqualis est resistentiæ in F. Quod erat, &c.

SCHOLION.

QVæ de solidis accidentia tum in primo, tum in hoc secundo libro demonstrauimus, omnia pariter eadem methodo ostendi possunt de eorum dimidijs, si ipsa solida planis per axim, &c. bipartiantur, excipe tamen solida Parab. primi libri, quibus iam non, vt genitis ex integris Parabolis, vt in secundo, sed ex Semiparabolis ideò vsi sumus, quia illis eodem modo vsus erat in suis Dialogis celeberrimus, & nunquam satis laudatus GALILEVS.

APPENDIX.

DAto Prismate quadrangulari parieti infixo, &c., eiusque resistentia, datę cuilibet longitudini aliud solidum applicare, cuius vtrinq; fulti eadem vbiq; sit, ac datæ æqualis resistentia.



Esto solidum, &c. ABCDEFG cuius resistentia H; data verò longitudo IK. Aio fieri posse, quod proposuimus. Sumpta qualibet latitudine IL, vt Quadratum ex FA ad Quadratum ex IL, ita fiat FE ad M, rursusque, vt M ad IK, ita fiat FG ad IN, & compleatur Prisma ILOPQKN, ex quo dirimatur solidum Parabolicum ILOQKN, abscissaque IK bifariam in puncto R, in plano Paraboles LKI erigatur RS parallela IL, ac deniq; longitudine Ik, latitudine RS; profunditate autem IN Ellypticum, vel Circulare solidum describatur INSQK. Dico hoc esse quæsitum.

Quoniam FE ad IK, hoc est momentum ponderis H ex longitudine

FE

FE ad momentum eiusdem ponderis H ex longitudine Ik proportionem habet compositam ex proportionibus FE ad M, hoc est Quadrati ex AF ad Quadratum ex LI, & M ad Ik, hoc est FG ad IN, Rectanguli videlicet FB ad Rectangulum IO, & AF ād LI, ex ijsdem scilicet, ex quibus componitur proportio momenti resistentiæ solidi ABCDEFG ad momentum resistentiæ solidi ILOPQKN, dummodo vtrumq; solidum supponatur parieti infixum, &c., ergò, vt momentum ponderis H ex longitudine FE ad momentum eiusdem ponderis H ex longitudine Ik, ita est momentum resistentiæ solidi ABCDEFG ad momentum resistentiæ solidi ILOPQkN, & permutando, vt momentum ponderis H ex longitudine FE ad momentum resistentiæ solidi ABCDEFGH, ita momentum eiusdem ponderis H ex longitudine Ik ad momentum resistentiæ solidi ILOPQkN, proindèq; resistentiæ Prismatis ILOPQkN parieti infixi, &c., hoc est solidi Parabolici ILOQkN vtrinque fulti in media sui longitudine, hoc est in R, Ellyptici videlicet, vel Circularis INSQK in quouis puncto æquatur H. Quod erat, &c.

MONITVM BENEVOLO LECTORI.

THeorematibus in superiore libro demonstratis libuit hoc vnicum Problema attexere appendicis loco, vt dum interim plura molior tibi non omnino incompertum esset cuius generis ex illis propositiones facilè deduci possint.

ERRATA	*CORRIGE.*	*ERRATA*	*CORRIGE.*
Resistēiã	Resistentiam. f.6.	Insinita	Infinita f.65.
ABED	Deest E in figura. f.18	Rationem	Rationem f.66.
Alind	Aliud f.24.	Cnbi	Cubi f.85.
HLMNOKI	KLMNOKP fol.33	Sülti	Fulti f.93.
Cuiu	Cuius fol.60.		

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [144] - 126
PUBLIC DOMAIN

APPROBATIONES.

DOm. Augustin. Coltellinus videat, & referat an in hoc Opere sit aliquid, quod fidei Catholicæ, vel bonis moribus sit aduersum.

Vinc. de Bardis Vic. Gener. Florentiæ.

Illustriss., & Reuerendiss. D.
Opus De Resistentia Solidorum tempori restiturum, nihil habet, quod ei, quò minus in lucem prodeat, resistat.

August. Coltellinus.

Stante supradicta attestatione Imprimatur seruatis seruandis.

Vinc. de Bardis Vic. Gen. Flor.

Dominus Franciscus Redi videat, & referat, &c.

F. Iacobus Tosini Vic. Gener. S. Off. Flor.

Reuer. Pater.
Clarissimi Viri Alexandri Marchetti solidum, doctissimumque hoc opus prælo dignum censeo.

Franciscus Redi.

Stante, &c. Imprimat. Florentię die 23. Iunij 1669.

F. Iacobus Tosini Vic. Gen. S. Off. Flor.

Ioannes Federighius Senator, & Celsitudinis Sereniss. Auditor, & pro eo Benedictus Gorius.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [145] - 127
PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [147] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [148] - -

PUBLIC DOMAIN

514

GWLB Hannover 35
036 856 533

IV 4. 514.


4° anfgst. 8°

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 225, [149] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 225, [150] - -
PUBLIC DOMAIN


5
10
15
20
cm
A B C D E F G H I J K L M N Focus O Balance Q R S T U V
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z
Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard * - Euroskala Offset